# FABULA
# JOSEPHI ET ASENETHAE
# APOCRYPHA.



E LIBRO SYRIACO LATINE

VERTIT

DR. GUSTAV OPPENHEIM.

BEROLINI.
H. ITZKOWSKI GR. HAMBURGERSTR. 18–19.
1886.

## Conspectus.

Narratio, quae in libro primo Pentateuchi de Josepho, Jacobi filio, refertur, in suavissimis pulcherrimisque Veteris Testamenti numeratur. Qua re non mirandum est, quod posteriores eam rem egregio quodam amore amplexi sunt atque narrationem biblicam magis magisque suis rationibus exornaverunt. Itaque primum in re Hebraeorum literaria, in Talmude et in libris Midraschim, varias res ad Josephi sortem vitamque pertinentes reperimus fictas. A Judaeis deinde populi orientis Christianae[1]) et Mohammedanae

[1]) In bibliothecis multi codices manuscripti Syriaci historias Josephi continentes inveniuntur: In Bibliotheca Regia Berolinensi inter mss. Sachavianos [v. Ed. Sachau: Kurzes Verzeichniss der Sachau'schen Sammlung syrischer Handschriften, Berl. 1885] cod. IX, 4.
ܬܘܒ ܥܡ ܐܠܗܐ ܡܫܡܠܝܢ ܠܡܟܬܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܝܘܣܦ ܒܪ ܝܥܩܘܒ
ܕܥܒܝܕܐ ܠܡܪܝ ܒܣܝܠܝܘܣ ܩܣܪܝܐ. ܡܪܝ ܥܕܪܢܝ ܒܪ̈ܚܡܝܟ
ܒܫܘܠܡ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܡܠܟ ܐܠܐ ܡܬܐܡܪܐ :Cod. CXC, 1 ܐܡܝܢ.
.Cod. CCXIX, 1: ܕܥܠ ܝܘܣܦ ܘܐܚ̈ܘܗܝ ܘܡܬܪܥܝܢ ܒܡܠܬܐ ܠܬܡܝܢ
ܥܠ ܫܒܥܗ ܕܡܪܝ ܡܘܫܐ ܡܫܝܚܐ ܐܠܐ ܠܡܬܠܡܕ. ܡܬܐܡܪܐ
ܕܡܪܝ ܢܪܣܝ ܡܠܦܢܐ ܘܡܠܟܬܐ ܕܥܠ ܝܘܣܦ ܒܪ ܝܥܩܘܒ
ܗܘ ܟܐܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܡܫܝܚܐ.

Hae tres fabulae eiusdem fere argumenti sunt; via et ordo narrationis historiam Josephi biblicam sequitur, nisi quod singula facta sermonesque-modo Midraschim-admodum dilatata sunt. Fabula codicis IX, quae a Basilio Caesareensi facta esse dicitur, inter huius auctoris opera, quae Graece supersunt [Migne: Patrologiae cursus completus. Tom. 29—32,] non invenitur. Num auctor carminis in cod. CCXIX exarati Narses poeta ille clarissimus Nestorianus sit, decernere non possum; in codd. Sachavianis CLXXIV—CLXXVI, qui Narsis carmina continent, hoc non legitur. — H. Zotenberg: Catalogue des Manuscrits syriaques et sabéens de la Bibliothèque Nationale. Paris 1874. LXV, 5: [„Ce récit n'a rien de commun avec le livre apocryphe intitulé: Histoire de Joseph le Juste et d'Aseneth son épouse".] CCXXXIV, 27 et CCLXXV, 1. — Payne Smith: Catalogi codicum Manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae pars sexta, codices Syriacos Carshunicos Mendaeos complectens. Oxonii 1864 p. 537 cod. Marsh. 529. Haec historia Josephi est eadem, quae invenitur

fidei[1]) addicti hanc fabulam acceperunt, iidemque rem cum ceteris religionis suae traditionibus coniungentes multa immutare non dubitaverunt, ita ut non paucae formae narrationis ad nos pervenirent.

§ 2. Ut de Josepho ita etiam de Asenetha uxore pauca commenta pervagata sunt, quamquam Biblia Sacra de vita eius nihil narrant, nisi quod filia Putipharis sacerdotis Heliopolitani fuerit. Ex literis Hebraicis nota est fabula, quam legimus in capite XXXVIII eius Midrasch, qui inscribitur „Boraitha derabbi Elieser“ vel vulgo „Pirque Rabbi Elieser“:[2]) כתיב [עמוס ה] ובא הבית וסמך ידו על הקיר
ונשכו הנחש: וכשבא יעקב לביתו בארץ אחזתו שבארץ כנען נשכו
הנחש. ואי זה נחש? זה שכם בן חמור. שהיתה בתו של יעקב יושבת
אהלים ולא היתה יוצאת החוצה. מה עשה שכם? הביא משחקות נערות
חוצה לה מתופפות בתפים. יצאה דינה לראות בבנות המשחקות. ושללה
ושכב אותה והרתה וילדה את אסנת. ואמרו בני ישראל להרגה שעכשיו
יאמרו כל הארץ שיש בית זנות באהלי יעקב. מה עשה יעקב? הביא
ציץ וכתב עליו שם הקדש ותלה על צוארה ושלחה. והלכה לה והכל
צפוי לפני ה׳ וירד מיכאל המלאך והורידה למצרים לביתו של פוטי
פרע שהיתה אסנת ראויה ליוסף לאשה. והיתה אשתו של פוטי פרע
עקרה וגדלה כבת. וכשירד יוסף למצרים לקחה לו שנאמר [בראשית מא]
ויתן לו את אסנת בת פוטיפרע כהן לאשה. In Bibliis scriptum est (Amos V, 19): [„Quomodo, si fugiat vir a facie leonis,

in bibliotheca Parisiensi. cf. Zotenberg l. c. LXV, 5. — Res alias de Josepho fictas collegit J. A. Fabricius: Codex pseudepigraphus Veteris Testamenti, vol. I. Hamburgi et Lipsiae 1713 p. 697-726, 760-790.

[1]) V. Corani Sur. XII. Obiter moneam hanc fabulam commutatam, quam in Corano legimus, etiam in libro fabuloso Hebraico sepher hajjaschar inscripto inveniri, de qua re videas A. Geiger: Was hat Mohammed aus dem Judenthume aufgenommen? Bonn 1833, p. 141. — Herbelot: Bibliothèque orientale. Maestricht 1776 p. 459.

[2]) Hic liber, qui R. Elieser, filio Hyrcani, discipulo R. Jochanan, filii Sacai, falso attribuitur, non prius quam saeculo octavo vel nono p. Chr. literis mandatus est, id quod non impedit, quominus etiam narrationes antiquiores in eo servatae sint. cf. Zunz: Die gottesdienstlichen Vorträge der Juden. Berlin 1832 p 271. Graetz: Geschichte der Juden, tom V, Magdeburg 1860 p. 223.

et occurrat ei ursus,] et ingrediatur domum, et innitatur manu sua super parietem, et mordeat eum coluber". Jacobum, cum domum suam in agro possessionis suae, quae in terra Canaan erat, venisset, coluber momordit. Quis fuit hic serpens? Hic fuit Sichem, filius Hemoris. Cum enim filia Jacobi in tabernaculis manere neque foras exire soleret, quid fecit Sichem? Puellas ludentes foras ad eam duxit, quae tympanizabant. Egressa est autem Dina, ut filias ludentes videret. Eam rapuit et cum ea dormivit, ita ut gravida facta Asenetham pareret. Et filii Israel se eam interfecturos esse locuti sunt, quod nunc tota terra domum stupri in tabernaculis Jacobi esse diceret. Quid fecit Jacob? Laminam cepit et in ea inscripsit nomen Sancti et de eius collo suspendit et eam dimisit. Quae profecta est, et omnia coram Domino destinata erant, et Michael angelus descendit et eam in Aegyptum domum Putipharis detulit, quod Aseneth Josepho uxor destinata erat. Putipharis autem uxor, cum sterilis esset, illam aluit tamquam filiam, et Joseph, postquam in Aegyptum venit, eam in matrimonium duxit, id quod dictum est [Gen. XLI, 45:] „Deditque illi uxorem Aseneth, filiam Putipharis, sacerdotis Heliopoleos". Cuius narrationis de origine Asenethae notitiam habet etiam liber Masechet Sopherim [1]) cap. XXI, halacha IX, et Midrasch Jalqut [2]) cap. 134 eam repetit. Apud omnes divulgatam eam ponit Pentateuchi Targum Hierosolymitannm I, vulgo (sed falso) Targum Jonathanis, filii Usielis, appellatum, [3]) in quo versum Genesis XLI, 45 b sic

[1]) Masechet Sopherim, unus ex ita dictis Parvis Tractatibus, qui de scribendis Legis voluminibus aliisque rebus ritualibus est, medio altero aetatis Geonim exstitit; cf. Zunz l. c. p. 94.

[2]) Liber Jalqut Schimeoni, qui ordinem V. T. librorum sequens midraschim vetustiores continet, saeculo undecimo a Simeone Kara confectus est, cf. Zunz l. c. p. 295. Graetz l. c. t. VI Lipsiae 1861 p. 6.

[3]) V. de Wette-Schrader: Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanon. und apokr. Bücher des Alten Testaments. Berlin 1869. § 71.

redditum legimus: ויהב ליה ית אסנת דילידה דינה לשכם ורביתה איתת פוטיפרע רבא דטנים לאינתו „Deditque ei uxorem Asenetham, quam Dina Sichem peperit et coniux Putipharis, principis Tanis, educavit“.

§ 3. Quae fabula a Judaeis in rem Syrorum literariam transgressa esse videtur. Eam enim agnoscimus historiam Asenethae, quam codex LXX[1]) collectionis Sachavianae codicum manuscriptorum Syriacorum Bibliothecae Regiae Berolinensis continet, nisi quod paulum mutata et amplificata est:

[75 a] ܡܬܠܐ ܕܡܫܬܥܝܐ ܥܠ ܝܘܣܦ ܐܝܟܢܐ ܗܘܬ ܐܣܢܝܬ ܐܢܬܬܗ
ܕܝܘܣܦ ܨܕܝܩܐ. ܐܟܚܕܐ ܕܡܬܟܬܒܢ ܥܠ ܣܦܪܬܐ ܕܣܦܪܝܐ
ܐܟܪܙܝܢ. ܕܟܕ ܫܠܡܗ ܫܒܥܐ ܫܢܝܐ ܕܣܒܥܐ ܠܡܨܪܝܢ ܫܪܝ ܠܗ
ܕܢܚܙܘܢܝܗܝ ܘܢܙܒܢܘܢ ܡܢܗ ܥܒܘܪܐ ܕܫܠܝܛ[1]) ܕܗܢܐ ܒܟܠܗ
ܡܨܪܝܢ ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܠܟܠܗ ܫܒܥܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܟܦܢܐ
ܠܐܪܥܐ. ܘܐܬܦܢܝ ܒܟܠ ܕܗܢܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܥܠ ܐܪܥܗ ܕܡܨܪܝܢ
ܒܫܢܝ̈ܐ ܕܟܦܢܐ ܕܢܦܩܝܢ. ܘܟܕ ܫܡܥ ܝܘܣܦ ܕܢܟܢܫ
ܕܗܢܐ ܕܫܠܡ ܘܢܦܩ ܠܡܬܒܪܐ ܘܒܪܟܬ ܘܐܬܚܙܝ ܠܡܛܥܢ ܠܡܨܪܝܬܐ
ܘܒܪܟܬܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܘܫܡܥܬܗ ܘܫܡܥܬ ܡܢ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܗ
ܠܐܪܥܐ ܥܠ ܦܬܓܡܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܚܝ ܠܡܨܪܐ
ܕܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܡܬܟܢܫܗ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܘܟܠ ܕܚܙܐ ܕܐܝܟ
ܟܠܗܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ ܡܫܬܒܚ ܗܘܐ ܘܢܦܩ ܒܐܬܪ̈ܘܗܝ ܘܠܐ ܫܡܥ ܡܢܗ
ܠܡܛܥܢܐ ܒܝܬܗ ܕܕܡܝܐ ܘܟܕ ܗܘ ܕܗܢܐ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܘܐܬܟܢܫ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܦܪܥܘܢ ܠܟܠܗ ܒܐܪܥ ܘܐܬܒܪܟܬ ܘܫܡܥܬ ܟܠ ܟܠܬܐ
ܕܐܝܟ ܦܠܚܐ ܕܫܝܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܡܨܪ̈ܝܐ ܘܟܕ ܐܡܪܬ ܠܐ ܦܪܫܬܐ
ܗܘܬ [75 b] ܘܠܐ ܡܟܝܟܐ ܠܐܡܬܐ ܡܬܒܘܬܠܐ ܗܘܬ. ܘܟܕ

[1]) Hic codex in literis Syriacis usitatis [Sertâ] eisque clarissimis scriptus et vocalibus et punctis lineisque diacriticis ornatus hoc saeculo confectus est; continet in 92 foliis quadratis versuum undevicenorum decem diversas partes, quas Sachau l. c. p. 7 enumerat. Historia Asenethae a folio 75a usque ad folium 76a pertinet.

[1]) In cod. ܒܫܠܝܛ.

ܗܟܝܠ ܦܘܠܝܡܝܩܝ ܩܘܡܣܐ ܕܒܠܗܘܢ ܩܫܝܫܐ ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܟܡܝܗ
ܘܣܓܕܗ ܘܐܠܐ ܕܠܐ ܫܠܝ ܝܘܡ ܒܩܘܪܒܢܐ ܫܩܝܠܐ ܐܡܪܐ ܠܗ ܐܠܗܐ.
ܠܟܦܢܐ ܒܩܘܪܒܢܐ ܐܠܘܬ ܡܘܡܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܐܠܐ ܚܕܐ ܡܠܬܐ
ܡܘܡܝܢ ܕܝܢ ܟܠܗ̈ܘܢ ܕܗܘܐ ܚܙܝܘ ܟܠܗ̈ܘܢ ܕܠܡܟܝܢܘ ܕܗܘܐ ܠܥ̈ܒܕܐ
ܐܚܝܢ ܘܐܝܟ ܕܝܢ ܟܠܗ̈ܘܢ ܠܐ ܡܟܝܠ ܠܡܥܒܕ ܟܠ ܘܡܢܘܕܐ ܕܝܢ ܚܕ ܡܢܗ
ܠܥܒܕ ܟܠܟܠ ܕܝܢ ܟܠܟܬܐ. ܗܡܝܢ ܡܢܗ ܕܗܘܘ ܡܢ ܕܫܠܝܚܝܢ
ܘܦܠܚܘ ܠܥܒܕܐ ܘܟܠܗ ܘܫܠܡܘ ܠܟܠܟܬܐ ܘܩܪܘ ܠܟܘܡܪܐ ܗܘ ܡܢ
ܦܪܘܫܝܢ ܝܐܘܕܘܣ ܘܡܬܟܠܟܠܝܢ ܠܟܠܟܠ ܡܟܠܗ ܕܒܝܬܐ ܐܡܝܢܐ
ܕܠܫܬܪܥܗ. ܗܡܝܢ ܐܫܬܡܥܘ ܗܕܐ ܕܝܢ ܠܩܪܐ ܗܘܬ ܘܠܫܬܩܠܗ
ܐܠܗܘ ܕܗܘ ܩܘܡܣܐ ܘܐܬܬܠܬ ܠܗ ܡܪܝܡܘܬܐ ܘܣܝܡܗ ܒܗ
ܚܘܪܬܐ ܢܦܠܬ ܡܠܗܠ ܕܠܡܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܒܪܐ ܘܒܪܬܐ. ܘܡܢ
ܢܦܠ ܒܚܡܬܐ ܘܩܠܐ ܠܗ ܒܡܬܐ ܕܐܡܪܐ ܘܐܬܬܒܗ ܒܗ ܘܐܡܪ
ܠܟܡܪܬܐ ܕܡܬܩܒܠܝܢ ܠܗ. ܒܫܢܬܐ ܕܝܢ ܒܠܗ ܩܪܝܢܐ ܒܐܪܘܗ
ܡܠܗܠ ܕܩܡܪܐ ܗܘܬ ܒܚܪܘܗ ܘܗܘܐ ܠܐ ܡܬܚܒܠܐ ܒܗ. ܘܡܢ
ܟܠ ܡܘܫܐ ܡܢܟ ܦܪܝܫܘ ܐܬܒܗ ܟܠ ܡܬܒܝܬܐ ܕܡܟܠܗ ܘܫܩܠ
ܒܐܝܕܗ ܠܚܡܬܐ [76 a] ܕܡܬܟܬܒܬܐ ܘܐܬܡܫܚܘܗܝ[1] ܡܬܒܝܐ ܟܠ
ܡܬܒܝܬܐ ܒܥܠܗ ܡܫܬܪܝܢ ܘܦܪܝܣ ܬܐܒܘܗܝ ܒܟܬܪܬܐ. ܘܠܫܒ
ܠܗ ܐܠܗܬܐ ܒܪܬܐ ܕܩܘܡܣܐ ܦܘܠܝܡܝܩܝ ܘܠܐ ܫܦܝܐ ܒܪܬܗ ܚܠܬܗ
ܕܝܡܐ. ܘܡܢ ܟܠ ܡܥܡܘܕ ܐܒܘܗܝ ܠܡܬܬܪܝܢ ܘܟܠܟܠ ܕܡܝܐ
ܕܬܡܠܟ ܡܟܡܟܐ ܕܐܚܘܗ ܡܘܫܐ ܘܡܬܠܟܠ ܡܟܡܟܐ ܕܐܠܗܘ
ܘܦܬܚ ܢܟܠܗ ܕܝܡܐ ܚܠܬܗ ܕܡܘܫܐ ܘܡܬܟܠܬܗ ܒܪܬܗ ܩܕܡ ܐܠܗܐ.
ܐܡܪܬ ܒܪܬܗ ܦܘܠܝܡܝܩܝ ܪܒ ܩܘܡܣܐ ܕܕܐܘ ܠܟܗܢܐ. ܘܡܢܟܠܗ
ܠܟܠܬܐ ܕܡܬܠܬܠܗ ܕܐܡܪ ܐܝܡܡܐ ܠܩܪܐ ܘܫܡܥܗ ܟܠ ܟܠܟܬܐ
ܘܕܐܡܪ ܒܪܝܫܐ ܗܘܬ ܒܟܬܪܬܐ ܘܐܬܟܠܬ ܘܐܬܬܠܬ ܠܟܬܪܬܐ
ܕܒܪܬܗ ܘܡܢܟܠܗ ܕܡܝܐ ܕܒܪܬܗ ܗܘ. ܘܒܟܠ ܩܕܡ ܕܡܟܠܟܠܗ
ܡܫܡܫ ܠܐܠܗܐ ܕܡܬܪܒ ܠܫܘܕܪܘܗܝ ܕܠܗ ܡܘܟܠܐ ܠܟܠܟܠ
ܠܟܬܒܐ ܐܡܝܢ. ܡܟܠ ܗܢܐ ܬܐܒܐ ܟܠ ܒܪܬܗ ܕܕܝܡܐ

1) In cod. ܘܓܣܘܗ.

„Quaestio, quae exponit, unde Aseneth[1]) uxor Josephi Pulchri fuerit. Ut a sapientia sapientium didicimus, narraturi sumus: Cum Sichem, filius Sichem,[2]) Dinam, sororem Simeonis et Levi, stupravisset, et cum Jacob audivisset Dinam gravidam esse, Simeon et Levi ingressi sunt, ut totam Sichem urbem a[3]) parvo usque ad maiorem delerent, et Dinae minati sunt: „Ne a semine Sichem in gremio tuo videatur, ne forte moriaris“. Cum dies, quo Dina paritura erat, appropinquaret, verita in desertum exiit et se incurvavit et ibi puellam peperit et fasciis involutam[4]) deposuit et stetit de ea plorans subter dumos[5]) solitudinis. Et cum suspiceret, tum ecce aquilam, cuius domicilium in Aegypto erat, et qui victimis On, dei Aegyptiorum, alebatur; ea pennis suis volavit et se demittens puellam, filiam Dinae, rapuit, cum Dina videret. Volatu suo autem in aëra evolans eam portavit et in ara On idoli, quem Aegyptii adorabant, posuit, cum eius mater non sentiret neque sciret, quo portata esset. Et cum Putiphar sacerdos, ut deo suo ut eius consuetudo erat aromata fumaret, ascendisset et illa conspecta perturbatus magna cum festinatione rursus descendisset, uxor eius eum rogavit: „Cur hodie festinanter venis?“ Cui respondit: „Miraculum novum hodie apud

---

1) Nomen uxoris Josephi אָסְנַת [Gen. XLI, 45] Syri reddunt ܐܣܝܬ et vulgo ut etiam Barhebraeus super Alaf vocalem Zeqafa et super Jodh Pethaha ponunt. Hic codex etiam super Alaf habet Pethaha. Georgius Karmsedinoyo Maronita scribit et ܐܣܝܬ et ܐܣܝܘܢ v. Payne Smith: Thesaurus Syriacus.

2) In Bibliis Sacris [Gen. 34] semper Sichem filius Hemoris vocatur. Facile adducatur quis, ut „incola Sichem“ interpretetur, sed in codice perspicue ܒܪܗ ܕܫܟܝܡ legimus, cum urbs Sichem generis feminini sit, id quod demonstrant verba paulo post sequentia ܫܟܝܡ ܠܡܠܟܬܗ ܣܘܦܘܗ, nisi forte ܒܪܗ̇ emendandum est.

3) I. Sam. V, 9.

4) Ezech. XVI, 4.

5) cf. Gen. XXI, 15.

deos vidi, nam ecce dei parere inceperunt; portae enim clausae erant, ut nemo ad deos intrare posset; tamen infantem ibi super aram conspexi". Tum surrexerunt territi et portis apertis intraverunt et ad aram ascenderunt. Videruntque aquilam, dum alae eius extensae sunt et supra puellam tegunt, ut eam tueatur. Tum intellexerunt id per aquilam factum esse. Et uxor huius sacerdotis eam cepit et obstetricem ei tulit, ac magna laetitia affecti sunt, quoniam eis nec filius nec filia erat. Cum puella adolevisset, [Putiphar] domum magnificam aedificavit, in qua eam habitare fecit et virgines, quae ei servirent, constituit. Et multi filiorum principum eam petebant, quia pulchrae faciei erat, neque tamen illa eis favit. Et cum Joseph ante Pharaonem venisset, eum curru suo vehi iussit et in eius manu sigillum imperii posuit; et Aegyptii eum super curru tota Aegypto celebraverunt, et rumores eius in omnes regiones volaverunt. Deditque [Putiphar] ei uxorem filiam Putipharis sacerdotis, neque filiam Dinae sororis oderat. Cum Jacob, pater eius, in Aegyptum veniret, etiam Dina intravit, ut Josephum fratrem salutaret. Etiam eius uxorem salutavit et ferbuit cors Dinae sororis Josephi et eam rogavit: „Cuius filia es?" — „Filia, inquit, Putipharis, principis sacerdotum On dei". Certiorque facta est de eius adventu, quomodo aquila eam tulisset et in altari posuisset et quomodo fasciis involuta fuisset. Atque ivit et fascias filiae suae adduxit, et Dina cognovit eam filiam suam esse. Quicunque audiverunt, Deum celebraverunt, qui adoratores suos efferret, cui gloria in saeculum saeculorum, Amen! Explicit haec narratio de filia Dinae. —

§ 4. Ab hac fabula penitus discrepat alia Asenethae historia, quae in duobus codicibus Musei Britannici Add. 7190 fol. 319 et Add. 17202 fol. 10 reperitur. Quorum codicum[1])

[1]) Codex Add. 17202 vel in exitu VI[i] saeculi vel ineunte saeculo VII[o] scriptus est, cum Add. 7190 saeculo XII[o] extitisse et ab illo codice transcriptus esse videatur. Cf. Wright: Catalogue of

hunc, qui ܬܫܥܝܬܐ ܕܨܒܘܬܐ ܥܒܝܕܐ ܡܟܢܫܢܝܬܐ ܘܡܫܬܥܝܢܝܬܐ inscriptus est, Land in tomo tertio Anecdoton Syriacorum [Lugduni Batavorum 1870] edidit, ubi in sexto capite libri primi „Historiae Miscellaneae" fabula Asenethae, cuius titulus integer est: ܬܫܥܝܬܐ ܕܝܘܣܦ ܟܐܢܐ ܘܕܐܣܝܢܬ ܐܢܬܬܗ „historia Josephi Justi et Asenethae eius uxoris", legitur. Haec autem historia non primitus in lingua Syriaca scripta, sed ex sermone Graeco versa est. Id primo intellegitur et ex clausula huius scripti, cuius verba sunt:

ܫܠܡܬ ܬܫܥܝܬܐ ܕܝܘܣܦ ܘܕܐܣܝܢܬ ܐܢܬܬܗ ܕܝܘܣܦ ܕܡܦܩܐ
ܡܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ.

„Explicit narratio Josephi et Asenethae, uxoris Josephi, quae e sermone Graeco in sermonem Syriacum translata est", et e capitum argumentis libri primi, in quo caput sextum inscriptum est ܦܘܫܩܐ ܕܫܪܒܐ ܕܐܣܝܢܬ „Translatio historiae Asenethae". Deinde autem huic fabulae duae epistolae praemissae sunt, quae, quomodo ortus sit textus Syriacus, nos docent. Quarum in priore ad Moysem Aghelaeum data auctor quidam anonymus scribit[1]) se in bibliotheca episcoporum Domus Beroa,[2]) in oppido Resaina, libellum Graecum antiquissimum, qui inscriptus esset Aseneth, invenisse; cum historia theoriam coniunctam esse, quam non intellegeret, quod sibi lingua Graeca difficilis alienaque esset; qua de causa se illi libellum mittere, ut sua gratia in sermonem Syriacum verteret. Altera continet Moysis responsum,

---

Syriac Manuscripts in the British Museum, London 1870—72 pag. 1046 et 1206. Exordium historiae Asenethae, quod in codice 17202 deest, Land ex codice 7190 sumpsit [cf. Anecd. Syr. t. III p. 18 vers. 15 usque ad pag. 19 v. 12].

[1]) v. Anecd. Syr. t. III p. 15 vers. 24.

[2]) ܒܪܘܐܐ [sic hoc loco] vel ܒܪܘܐ [p. 2 v. 6] est nomen usitatum Haleb oppidi Syriaci et ita vocatur ex oppido Macedónico *Βέρροια*.

quod pro! non integrum conservatum est; nam pone folium nonum huius codicis folium unum certe deest.[1]) Post longum exordium, quod nostra in causa nullius momenti est, epistola desinit; id unum comperimus, Moysem rem a se petitam explere suscepisse.

§ 5. De Moysis Aghelaei vita scriptisque pauca nobis tradita sunt. Assemanus solus in Bibliotheca Orientali II p. 82 de eo disputat: „Moyses ex Aghel Mesopotamiae oppido oriundus claruit circa annum Christi 550. Hortatu Paphnutii Glaphyra S. Cyrilli Alexandrini e Graeco in Syriacum convertit, quorum priora quinque folia dumtaxat supersunt in codice Syriaco Vatic. 15a fol. 65". Glaphyra Cyrilli Syriace versa etiam in Museo Britannico [Add. 14555] inveniuntur, et Wright [Cat. of the syr. man. in the Brit. Mus. II 483] verisimile putat hanc esse Moysis Aghelaei versionem. Memorandum est aeque ac historiae Asenethae etiam Glaphyris duas epistolas praemissas esse, quarum altera a Paphnutio ad Moysem, altera ab hoc ad illum est data. Moyses igitur magnam opinionem scientiae linguae Graecae et facultatis scripta Graeca Syriace vertendi habuisse videtur; neque non probabile est eum etiam alia opera Graeca in sermonem patrium transtulisse. Atque re vera haec fabula Asenethae Syriace versa in expedita et perfacile currente oratione scripta est, ita ut vix quisquam eam versionem habeat. Ad aetatem atque auctoritatem Moyses optime adiungitur Sergio Rhesinensi, interpreti illi clarissimo Jacobitico, qui circa a. p. Ch. 520 floruit et „plurima Graecorum Sapientium opera in Syriacam linguam transtulit".[2]) De Moysis vita Assemanus narrat eum natum esse in oppido Mesopotamiae Aghel (sive Inghila) et sectae Monophysiticae fuisse muncreque abbatis esse functum.

§ 6. Ex illis epistolis, de quibus supra diximus, id

[1]) v. Anecd. t. III p. 18 annot. 3.

[2]) Cf. J. S. Assemanus Bibl. Or. t. II p. 172 Rom. 1721.

unum efficere possumus, quo tempore textus Syriacus historiae Asenethae ortus sit, quoniam Moysem Aghelaeum, qui eam in sermonem Syriacum transtulit, medio saeculo sexto post Chr. n. floruisse notum est. Archetypum autem Graecum quomodo se habet? Estne nobis facultas statuendi, quo tempore confectum sit? Assemanus, qui in tertio tomo Bibliothecae Orientalis catalogum Ebediesu Sobensis sequens libros Veteris Testamenti et quaedam Hebraeorum scripta enumerat, inter eos etiam librum [1]) affert, qui inscribitur:

ܘܟܬܒܐ ܕܐܣܝܬ ܐܢܬܬܗ· ܕܝܘܣܦ ܟܐܢܐ ܡܢ ܝܘܣܦܘܣ

hanc adnotationem adiciens: „Huius libri, quem Sobensis Josepho tribuit, nemo veterum meminit; nec quale fuerit opus, divinare possumus, quum nulla id Bibliotheca, quod sciam, repraesentet. Suspicor historiam esse originis gestorumque Asenethae, uxoris Josephi, filii Jacob Patriarchae, ex fabulosis Judaeorum narratiunculis consarcinatam, ‚Flavioque Josepho aut certe Gorionidi tributam". Rosen et Forshall [Catalogus codicum Manuscriptorum Orientalium, qui in Museo Britannico asservantur, Londini 1838. Pars prima p. 82] rectissime iudicant libellum illum ab Ebediesu allatum eundem accipiendum esse atque tractatum, qui in codice Londinensi Add. 7190 scriptus invenitur. Quod si est, neque Josephus Flavius neque Josephus Gorionides auctor esse potest. Nam Pseudoiosephus opus suum sub nomine Josippon notum, in quo insuper Asenethae nulla mentio fit, quattuor saeculis post Moysem Aghelaeum saeculo decimo scripsit; [2]) et Josephus Flavius, qui quidem in Antiquitatibus suis [lib. II cap. 2—8] fabulosa quaedam de Josepho narrat, de eius uxore res fictas non refert. Omnino auctor narrationis nostrae Judaeus haberi non potest, quod tota sententiarum copia, in qua scriptor versatur, originem Christianam prae se fert. Vestigia autem quibus apparet, quando et ubi fabula confecta sit, reperire non potui.

[1]) Cf. **Assemanus** l. c. t. III p. 7. **Romae** 1725.

[2]) Cf. **Zunz** l. c. p. 146. **Graetz** l. c. t. V p. 281 et 356.

§ 7. Haec historia Josephi et Asenethae a ceteris narrationibus, quae de Josepho sunt, plurimum differt. Nam cum hae narrationes populares, quae per omnium ora ferebantur, et in illo genere interpretationis Bibliorum sint, quod primis saeculis p. Chr. n. Judaeorum et Christianorum proprium fuit, dico Midrasch agadicum, nostra historia ab uno scriptore confecta esse videtur. Auctor intellegere non potuit, quomodo Joseph, vir summae pietatis, Asenetham, sacerdotis ethnici filiam falsis deis addictam, in matrimonium duceret, nisi ea antea ad religionem veram conversa esset. Quae sententia fundamentum fabulae est. In ea perspicue duae partes distinguuntur. In priore auctor refert Asenetham virginem pulcherrimam, quae undique petita omnes procos superbe repudiaret ac solum regis filium maxime natum cuperet, a Josephi pulchritudine superatam, sed, cum idola vereretur, ab illo esse repulsam. Septem dies noctesque poenitentia acta eam a Deo veniam impetrasse et mirum in modum cum Josepho coniunctam esse. Quamquam auctor, quod sibi proposuit, iam absolvit, tamen alteram partem adiungit, quae cum priore minime arte cohaeret. Filius enim Pharaonis etiam inter Asenethae procos fuerat, rex autem non probaverat. Ubi vero regis filius coniugem Josephi vidit, cupiditate inflammatus patrem et Josephum tollere statuit, ut Asenetha potiri posset. Quod ad perficiendum cum filiis Balae et Zelphae, fratribus Josephi, se coniunxit; sed conatus non successit, et filius regis eum morte luit. Auctor fabulae Sacrae Scripturae admodum peritus fuit: nonnullos locos ad verbum e Vetere Testamento transtulit, multa alia ut phraseologia, sermones tropici, totus denique stilus ac dictio peritiam illam manifestant.

§ 8. Ut iam Land in Anocdoton Syriacorum tomi tertii conspectu indicavit, haec historia Asenethae in „codice pseudepigrapho Veteris Testamenti“, quem Fabricius edidit, Latine [vol. I p. 774] et Graece [vol. II p. 85] conscripta invenitur. Quod ad textum Latinum attinet, is valde con-

tractus et minutus est atque epitomen potius fabulae praebet ex exemplari Graeco confectam. Textus autem Graecus fragmentum est, quod duas septimas partes totius historiae continet. Quaeritur, num hoc fragmentum pars archetypi Graeci sit, quod Moyses Aghelaeus in sermonem Syriacum vertit. Si verba utriusque narrationis comparabimus, nobis fatendum erit, quamquam singulatim non paucae varietates reperiuntur — nonnullae enim enuntiationes non verbotenus congruunt, leguntur in textu Graeco enuntiata exigua, quae in Syriaco desiderantur, et vice versa exemplar Syriacum additamenta continet, quae Graecum non praebet [1]) — attamen in summa tantam consensionem inter textum Graecum et Syriacum esse, ut errare nobis non videamur, si fragmentum Graecum partem archetypi agnoscimus; et discrepantiae, quas modo commemoravimus, hinc repetendae sunt, quod Moyses non verbum pro verbo reddidit, sed liberius transtulit.

Restat, ut commemorem, quibus locis verba textus Syriaci [2]) veram sententiam dare mihi non videntur, me potestatem emendandi mihi sumpsisse. Nonnullos locos vir optimus et rerum orientalium studiosissimus Hugo Winckler, quo tempore Londini morabatur, mea causa cum manuscripto contulit, pro quo officio ei maximas gratias ago. Eas adnotationes, quae verba secundum hanc collationem emendata continent, asterisco instruxi.

---

[1]) Pauci autem loci, qui in Graeco desiderantur, initio certo scripti fuerunt.

[2]) De Anec. Syr. t. III rettulit E. Sachau in Ephemeride, quae „The Academy" vocatur [No. 25 Kal. Jun. 1871.]

## Historia Josephi Justi et Asenethae uxoris eius.[1])

Anni primi septem ubertatis annorum die quinto mensis secundi Pharao Josephum misit,[2]) ut totam Aegypti terram peragraret;[3]) et mense quarto anni primi Joseph in fines urbis On, quae Graece Heliopolis appellatur, venit, ut frumentum huius loci ut arenam maris[4]) colligeret atque congregaret. Qua in urbe fuit vir, unus ex praefectis et magnatibus Pharaonis; et hic vir erat ditissimus et sapientissimus, prudens et consiliarius Pharaonis, et nomen eius Putiphar,[5]) sacerdos urbis Heliopolis. Eique erat filia, virgo

---

[1]) Titulus Graecus haec verba habet: *Βίος καὶ ἐξομολόγησις ἀσενὲθ θυγατρὸς πεντεφρῆ ἡλιουπόλεως. Διήγησις ὅτε ἔλαβεν αὐτὴν ὁ πάγκαλος Ἰωσὴφ εἰς γυναῖκα.*

[2]) De Syntaxi cf. Nöldeke: Kurzgef. Syrische Grammatik, Leipzig 1880 §§ 236 et 338b.

[3]) Gen. 41, 46.

[4]) Gen. 41, 49.

[5]) Utrumque nomen פוטיפר [Gen. 39, 1] et פוטי פרע [Gen. 41, 45] in Bibliis Sacris Vulgatae Editionis Putiphar redditur, in versione LXX interpretum *Πεττεφρῆ* vel *Πετεφρῆ* vel *Πεντεφρής*, in textu Graeco huius fabulae *Πεντεφρῆς*; in Testamento Josephi [in Fabricii cod. pseud. V. T. vol. I p. 697] legimus *Φωτιμὰρ* et *Πετεφρίς*. Etiam apud interpretes Judaicos uterque idem putatur, ut in Talm. Bab. Sotah 13b legitur: ויקנהו פוטיפר סריס פרעה: אמר רב שקנאו לעצמו בא גבריאל ופירעו. מעיקרא כתיב פוטיפר ולבסוף פוטיפרע »Emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis. Dixit Rab: sibi ipsi eum emit. Venit Gabriel et eum castravit; initio enim פוטיפר legitur et postea פוטיפרע«. In Syriaco duo nomina ut in Hebraico scribendi ratione inter se differunt; attamen in cod. Sachaviano IX haec verba scripta sunt: ܘܝܗܒ ܐܠܗܐ ܠܝܘܣܦ ܡܪܬܐ [sic!] ܦܘܛܝܦܪ ܟܘܡܪܐ et iuxta haec:

ܦܘܛܝܦܪ ܪܒ ܡܗܝܡܢܘܬܗ ܕܦܪܥܘܢ . . .

pulchrae faciei, [1]) duodeviginti annos nata, cuius facies omnes virgines in illa terra inter [2]) filias illius populi superabat; [3]) [p. 19] et magna erat atque nobilis ut Sara, pulchra ut Rebecca, praeclara ut Rachel, nomen eius autem erat Aseneth. Fama pulchritudinis per totam illam terram pervulgata erat [4]), et magnates praefectique et regis filii atque omnes adolescentes fortissimi eam petebant, ita ut inter eos contentio ac lis propter illam fieret. Etiam Pharaonis filius natu maximus de ea certior factus patrem rogabat, ut eam sibi inter uxores [5]) daret. „Da mihi, inquit,' Asenetham, filiam Putipharis sacerdotis Heliopolitani, uxorem". [6]) Cui Pharao: „Cur tu, qui rex et dominus terrae es, feminam te humiliorem petis? Ecce filiam Moabitarum regis, [7]) praeclaram atque te dignam". Aseneth autem elata ac superba erat et unumquemque virum spernebat, neque [8])

---

[1]) ܫܦܝܪܬ ܚܙܘܐ est minus usitatum quam ܫܦܝܪܬ ܒܚܙܘܐ [cf. Nöldeke l. c. § 206]; Hebraice et יפת מראה et טובת מראה [Genesis 12, 11; 24, 16; 29, 17; Esth. 2, 2. 3].

[2]) Inter ܗܘ et ܕܟ̈ܠܗ verba desiderantur.

[3])* ܐܟܘ sententiam non dat; potius legendum est ܠܟܘ (cf. pag. 23, 2 et 39, 3). Textus Graecus est hoc loco: *οὐδὲν ὁμοί-η τῶν παρθένων τῶν θυγατέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλὰ ἦν κατὰ πάντα ὁμοίως τοῖς θυγατράσιν τῶν ἑβραίων.*

[4]) In Graeco etiam haec verba leguntur: *καὶ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης.*

[5]) lege: ܒܢ̈ܫܐ

[6]) Haec verba filii Pharaonis in textu Graeco non inveniuntur. ܝܗܒ ܐܢܬܬܐ = נתן לאשה [Gen. 41, 45 Exod. 2, 21. 1. Sam. 8, 17] sed ܝܗܒ ܠܐܢܬܬܐ infra fol. 11 r[a] [p. 21, 19] 12 r[b] [p. 23, 10.]

[7]) Hic rex in Graeco *Ἰωακεὶμ* nominatur. Etiam in ceteris duo textus non ad verba consentiunt.

[8]) ידע, cui Hebraice saepe vis concubandi est, Syriace redditur et ܫܡܫ [Gen. 4, 1. 17. 25. 1. Sam. 1, 19] et ܚܟܡ [Gen. 19, 8; 24, 16. Num. 31, 17].

umquam vir eam cognoverat. Turris . . .[1]) et altissima patris eius domui adhaerebat, et supra eam magna habitatio erat, in qua decem cubicula. Quorum primum splendidum et variis lapidibus pretiosis pulchre ornatum erat, et lacunar auro erat obductum, et in parietibus omnes Aegyptiorum dei[2]) aurei argenteique ordine stabant, quos omnes Aseneth verebatur et colebat quibusque cotidie immolabat. In[3]) conclavi secundo aurum, argentum, gemmae magni pretii, omnia decora ornamentorum ex auro argentove conflatorum et vestimenta virginitatis Asenethae reperiebantur. In tertio autem habitaculo erant omnes fructus et boni terrae cibi. In septem autem reliquis conclavibus septem virgines singulariter[4]) habitabant, quae Asenethae famulabantur et eodem anno atque die, quo illa, natae erant;[5]) et pulchra facie erant ac splendidae ut stellae caeli, vir neque eas cognoverat, neque cum iis erat locutus adolescens.[6]) Et tres fenestrae erant in cubiculo Asenethae

---

[1])* Hae literae certo legi non possunt. Secundum t. Gr. *μέγας καὶ ὑψηλὸς σφόδρα* ܪܒ ܘܪܡ ܛܒ exspectaveris.

[2]) In descriptione domus duo textus inter se discrepant. In Graeco scriptum est: *ἦν δὲ ὁ πρῶτος θάλαμος μέγας καὶ εὐπρεπὴς πάνυ, καὶ λίθοις ποικίλοις κατεστρωμένος, καὶ οἱ λίθοι αὐτοῦ ὑπῆρχον τίμιοι καὶ ποικίλοι πεπλακωμένοι. ἦν δὲ καὶ ἡ ὀροφὴ τοῦ θαλάμου ἐκείνου πορφυροῦς, ἐν ᾗ ἦσαν πεπηγμένοι θεοὶ τῶν αἰγυπτίων ὧν οὐκ ἦν ἀριθμὸς . . .*

[3]) *Ἦν δὲ καὶ ὁ δεύτερος θάλαμος ἔχων τὸν κόσμον ἅπαντα καὶ τὰς θήκας ἁπάσας ἀσενέθ. καὶ ἦν χρυσὸς ἐπ' αὐτῷ καὶ ἄργυρος πολὺς καὶ ἱματισμὸς χρυσούμενος ἄπειρος καὶ λίθοι ἐκλεκτοὶ καὶ πολυτελεῖς καὶ ὀθόναι ἐπίσημοι. καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῆς παρθενίας ἐκεῖ ἦν. καὶ ὁ τρίτος θάλαμος ἦν ταμεῖον τῆς ἀσενὲθ ἔχων πάντα τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς.*

[4]) *μία ἑκάστη ἕνα θάλαμον κεκτημένη.*

[5]) *διότι ἦσαν ὁμιλικαὶ μιᾷ νυκτὶ τεχθεῖσαι σὺν τῇ ἀσενέθ. καὶ ἠγάπα αὐτὰς πάνυ.*

[6]) In t. Gr. tantum invenitur: *ἢ παιδίον ἄρρεν*; sed enuntiatum non integrum esse videtur, cum in versione Latina legamus: quibus locutus non erat vir neque puer masculus.

virginis,[1]) quarum una ampla et atrio obvia erat et in orientem solem spectabat, altera in meridiem vergebat, tertia in septentriones in plateam spectabat, ut[2]) praetereuntes videri possent. Lectusque omnino [p. 20] aureus sub fenestra orientali positus in velaminibus Aegyptiis auro textis et purpura, cocco et bysso stratus erat, in quo Aseneth dormiebat neque umquam vir[3]) quieverat. Et aula magna hanc domum circumibat, et aulam murus lapidibus caesis valide constructus cingebat, et quattuor portae ferro obductae in aula erant, quas adolescentes duodeviginti armati custodiebant. Aulaeque arbores variae pomiferae fructus[4]) aestivos maturantes adhaerebant, et in dextra aulae parte erat fons aquae vivae[5]) et infra fontem cisterna[6]) aquae vivae, ex qua prodibat flumen, quod per mediam aulam fluens omnes arbores rigabat.[7])

Anni primi septem ubertatis annorum die duodevicesimo mensis quarti Joseph ad horreum urbis Heliopolis profectus est, cum frumentum septem ubertatis annorum colligeret atque congregaret. Et cum Heliopoli urbi appropinquaret, duodecim viros ad Putipharem sacerdotem praemisit dixitque: „Ad te meridie, tempore vescendi, veniam, ut ab aestu meridiei domi tuae requiescam". Quod cum Putiphar audivisset, maxima laetitia affectus: „Benedictus sit, inquit, Deus Josephi, quod me illa re dignum Joseph dominus meus putabat". Atque Putiphar praefectum domus vocavit

---

[1]) In Gr. etiam verba leguntur: *ὅπου ἐτρέφετο ἡ παρθενία αὐτῆς.*

[2]) Haec verba in t. Gr. desunt.

[3]) . . . *ἡ γυνὴ ἑτέρα . . . πλὴν τῆς ἀσενὲθ μόνης.*

[4]) *πεπείρου ὄντος τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, καιρὸς γὰρ ἦν θερισμοῦ.*

[5]) Jer. 2, 13. Gen. 26, 19.

[6]) *λινὸς μεγάλη δεχομένη τὸ ὕδωρ τῆς πηγῆς ἐκείνης, ἔνθα ἐπορεύετο* . . . Huius enuntiationis cetera verba desiderantur, sed primitus legenda fuerunt.

[7]) cf. Gen. 2, 10.

eique: „Paratus sis, ait, et domi meae cenam magnam praepara, quod hodie Joseph Dei validus ad nos veniet“.

Aseneth patrem matremque rure venisse certior facta gavisa est et: „Parentes, inquit, qui ex agro hereditatis nostrae venerunt, videbo“. Festinanterque[1] vestimenta byssina et rubinica et auro texta sibi induit et armillas spirasque[2] in manus ac pedes, monilia[3] torquesque in collum induxit, quae magni pretii atque gemmarum et margaritarum discolorium erant, et in eis nomina imaginesque multorum deorum Aegyptiorum undique scripta et sculpta erant. [p. 21] Cum coronam in caput suum posuisset et rica se texisset, confestim a cubiculo suo descendit et ad parentes venit, quos salutavit[4] et osculata est. Et Putiphar eiusque uxor magna laetitia de filia affecti sunt, cum illam tamquam sponsam Dei ornatam conspicerent, et omnes fructus[5] frugesque, quae ex agro secum portaverant, protulerunt et Asenethae filiae dederunt, quae de illis laeta atque hilaris fiebat[6]. Dixitque Putiphar Asenethae: „Filia mea“, et illa respondit: „Ecce me, mi domine“. Rursus ille: „Asside ad nos et audi[7], quod tibi dicam“. Et Aseneth ad utriusque latus assedit, et Putiphar cum dextra[8] sua manum Asenethae filiae prehendisset et esset osculatus, eam allocutus est: „Filia mea!“ Tum illa: „Dic, mi domine paterque“. — „Hodie, inquit, Joseph vir Dei ad

[1]) In hac descriptione ornatus Asenethae t. Gr. latior est.

[2]) *ψέλια . . . καὶ . . . ἀναξυρίδας* [bracas!].

[3]) lege ܘܗܡܝ̈ܢܟܐ.

[4]) In Peschittha reperitur ܫܐܠ ܒܫܠܡܐ [Hebraice שאל לשלום] Gen. 43, 27. Exod. 18, 7. I. Sam. 10, 4.

[5]) *πάντα τὰ ἀγαθά.*

[6]) *ἐχάρη δὲ ἀσενὲθ ἐπὶ πᾶσιν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς οἴνοις, διότι ἦσαν πάντα ὡραῖα τὲ καλὰ τῇ γεύσει.*

[7]) lege ܘܐܡܠܠ T. Gr.: *καὶ λαλήσω πρός σε τὰ ῥήματά μου.*

[8]) *τὴν δεξιὰν αὐτῆς χεῖρα.*

nos venit, et hic praefectus omnis terrae Aegypti est[1]), quod Pharao rex eum toti terrae praefecit[2]). Atque hic est redemptor, nam frumento ac cibo omni terrae salutem dat, ne[3]) fame veniente tollatur. Et Joseph est Deum verens et ingenuus et prudens et caelebs ut tu hodie; etiam est Joseph vir magnae sapientiae multaeque scientiae, quod spiritus Dei Sancti[4]) in eo et benignitas Domini cum eo est. Itaque veni, mea filia, ut te ei uxorem dem; et tu eius sponsa sis, atque ille sponsus tuus in tempus aeternum". Asenethaeque ubi haec patris verba audivit, verecundiae rubor[5]) suffusus est, et cum ira et indignatione patrem aspiciens: „Cur, inquit, dominus meus paterque haec verba facit,[6]) me homini captivo ac fugitivo, qui venditus neque popularis meus sit, se daturum esse? Nonne[7]) iste est filius pastoris Chananaei? Deprehensusque est, cum adulterium in dominam suam conaretur; et dominus eius in carcerem[8]) obscurum eum coniecit. Atque Pharao eum e carcere liberavit, quia ei somnium tamquam una ex vetulis Aegypti interpretatus est. Minime, o pater, hunc sequar, sed primogenito Pharaonis nubam, cum hic princeps et rex Aegypti sit". Et[9]) Putiphar aequo animo[10]) tulit [p. 22] et veritus est, ne porro de illa re cum Asenetha loqueretur, cum superbe atque audacter ei ad id, quod dixerat, respondisset.

---

1) Gen. 45, 26.
2) Gen. 41, 43.
3) *ἐκ τοῦ ἐπερχομένου λιμοῦ.*
4) Cf. Ex. 31, 3. Jes. 11, 2.
5) *ἱδρὼς πολύς.*
6) Gen. 44, 7.
7) Haec enuntiatio in t. Gr. desideratur.
8) Cf. Nöldeke l. c. § 243.
9) *ταῦτα ἀκούσας ὁ πεντεφρῆς ἠδέσθη. . .*
10) ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ vel ܡܓܝܪܬ ܪܘܚܐ respondent Hebraico אֶרֶךְ אַפַּיִם Prov. 25, 15.

Atque puer unus ex servis Putipharis acceleravit dixitque: „En Joseph venit et limini appropinquat". Quod ubi Aseneth de Josepho audivit, fugit et a patre matreque se movit; et in turrim ascendit et in conclave suum ingressa ab latere fenestrae magnae, quae in orientem solem vergebat, constitit, ut Josephum domum patris intrantem videret.

Putiphar autem et uxor et omnis familia eius Josegho obviam iverunt. Portisque orientalibus apertis Joseph intravit, cum curru Pharaonis secundo [1]), ad quem equi albi [2]) alligati erant, veheretur. Et currus omnis auro puro constructus erat, et Joseph tunica pulchra speciei candidae vestitus et toga purpurea auroque texta amictus erat, et corona aurea super capite eius, et in corona duodecim sigilla lapidum pretiosorum erant et super duodecim lapidibus fulgores aurei quasi radii solis nitentes. Atque [3]) sceptrum imperii aureum in sinistra tenebat et in dextra flores germinabant ut ramus olivae, in quo fructus olivae pingues erant. Et postquam Joseph in aulam ingressus est, portae aulae clausae sunt, quod [4]) portarum custodes diligenter portas clauserunt et alienos foras expulerunt. Putiphar autem et uxor et propinqui eorum praeter Asenetham filiam accesserunt et eum adoraverunt [5]); et Joseph de curru descendit et [6]) iis dextram porrexit [7]).

---

[1]) Gen. 41, 43.

[2]) *ἵπποι τέσσαρες λευκοὶ ὡς ἡ χιὼν χρυσοχάλινοι.*

[3]) T. Gr. differt: *καὶ ῥαβδὸς βασιλικὸς ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δεξιᾷ, ἥτις εἶχεν ἐκτεταμένον κλάδον ἐλαίας, καὶ ἦν πλῆθος καρπῶν αὐτῶν ἐν αὐτῷ.*

[4]) *πᾶς ἀνήρ τε καὶ γυνὴ ἀλλότριοι ἔμειναν ἔξω τῆς αὐλῆς, διότι οἱ φύλακες τῶν πυλῶν ἐπεκάσαντο καὶ ἔκλεισαν τὰς θύρας.*

[5]) Gen. 42, 6. 43, 26.

[6]) Hic unus versus in t. Gr. omissus est.

[7]) ܦܫܛ ܐ' ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ vel ܦܫܛ ܐ' ܠܫܠܡܐ [fol. 20 r. a. (p. 36 v. 16)] vel modo ܦܫܛ ܐ' [fol. 24 v. b. (p. 45 v. 9)] vim »manum alicui porrigere« habere mihi videntur.

Aseneth autem Josephum conspicata magna poenitentia affecta est et valde doluit; et eius genua[1]) tremuerunt, atque spondyli lumborum soluti sunt, et languida laxata est. Magnusque timor ei incessit, et cum graviter quereretur fleretque in corde suo dixit[2]): „Quid[3]) faciam ego afflicta ac debilis, quoniam consiliarii alieni me deceperunt, cum Josephum illum, qui venisset, filium pastoris Chananaei esse mihi dicerent. At nunc video a curru illius, qui ad nos ingressus est, solem fulgere et splendoribus domum nostram illustrare. At ego arrogans atque stulta eum sprevi [p. 23] garruleque de eo locuta sum nesciens Josephum filium Dei esse. Quis enim hominum pulchritudinibus sic fulget, cum facies eius splendida filios terrae superet? Et qui venter carnis est, qui splendores lucis gignat ut hunc splendidum? Ego sum misera[4]) et stulta neque prudenter ad

---

[1]) v. Dan. 5, 6.

[2]) ܡܠܠܬ ܒܠܒܗ reddit דבר אל לבו [Gen. 24, 45] et על ל׳ [1 Sam. 1,13] et בלבו [Ps. 15, 2. Eccl. 2, 15].

[3]) Hae querelae Asenethae in t. Gr. multo latiores sunt: *οὐαί μοι τῇ ἀθλίᾳ, ποῦ νῦν ἐγὼ ἀπελεύσομαι ἡ ταπλάωρος ἢ ποῦ ἀποκρυβήσομαι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ; εἴ πως ὄψεται Ἰωσὴφ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, διότι λελάληκα περὶ αὐτοῦ κακά, οἴ μοι τῇ ἀθλίᾳ, ποῦ ἀπελεύσομαι καὶ κρυβήσομαι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ὅτι πᾶσαν ἀκριβεῖ αὐτὸς ὥραν καὶ πάντα γινώσκει καὶ οὐδὲν κρυπτὸν λέληθεν αὐτὸν διὰ τὸ φῶς τὸ μέγα τὸ ὂν μετ' αὐτοῦ. καὶ νῦν ἵλεώς μοι Ἰωσὴφ διότι λελάληκα ἐγὼ ῥήματα πονηρὰ ἐν ἀγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ. τοίνυν ἐγὼ ὄψομαι ἡ ταλαίπωρος, οὐχί, λελάληκα, υἱὸς τοῦ ποιμένος Ἰωσὴφ ἔρχεται ἐκ γῆς χανάαν; νῦν οὖν ὡς ἥλιος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκει πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ ἅρματι αὐτοῦ καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ἡμῶν σήμερον καὶ λάμπει εἰς αὐτὴν ὡς φῶς ἐπὶ τῆς γῆς. ἐγὼ δὲ ἄφρων εἰμὶ καὶ θρασεῖα ὅτι ἐξουδένωσα αὐτόν, καὶ ἐλάλησα ῥήματα πονηρὰ κατ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἶδον, ὅτι Ἰωσὴφ υἱὸς θεοῦ ἐστιν. τίς γὰρ ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς γεννήσει ποτὲ τοιοῦτον κάλλος; ἢ ποῖα γυναικὸς κοιλία τέξεται τοιοῦτον φῶς; ταλαίπωρος ἐγὼ ἄφρων ὅτι λελάληκα τῷ πατέρι μου ῥήματα πονηρά, νῦν οὖν δότω με πατήρ μοῦ Ἰωσὴφ εἰς παιδίσκην καὶ εἰς δούλην μᾶλλον καὶ δουλεύσω αὐτῷ εἰς αἰῶνα χρόνον.*

[4]) lege ܡܣܟܠܬܐ

patrem meum locuta sum. At nunc quo eam et me abscondam coram eo, ne Joseph filius Dei me videat? Quo fugiam, quoniam omnis locus apertus et coram eo lucide detectus est, cum lux, quae in eo est, illustret[1])? Nunc autem mei miserere, Domine Deus Josephi, quod quasi una e stultis locuta sum. Nunc enim pater me Josepho uxorem det et ei in aeternum me subiciam.

Et Joseph domum Putipharis ingressus in solium consedit. Pedesque eius laverunt et ante eum mensam separatim collocaverunt, quod Joseph cum Aegyptiis non edebat; id enim aversabatur[2]). Et Joseph [3]) ad turrim vidit dixitque: „Tollite eam virginem, quae audaci vultu e fenestra spectat“. Nam Joseph cavebat atque impediebat, ne quae femina sibi appropinquaret neve se sequeretur, quod multae filiae magnatium et praefectorum studiose ad eum mittebant et ab eo petebant, ut eum cognoscerent, propter pulchritudines divinas, quae in facie eius praeclara splendebant. Quarum legatos nuntiosque reiecit et iracunde a se reppulit, cum Joseph diceret: „Non peccabo coram Domino, Deo Israëlis, patris mei“ [4]), et praeterea praeceptorum Jacobi patris reminisceretur, qui ei reliquisque filiis suis praecepit: „Cavete a muliere peregrina [5]), quod commercium cum ea

[1]) Cf. Ps. 139 (138), 7. 12.

[2]) ὅτι βδέλυγμα ἦν αὐτῷ τοῦτο. cf. Gen. 43, 32.

[3]) Hoc loco iterum exemplar Graecum cum Syriaco valde discrepat: καὶ ἀναβλέψας ἰωσὴφ εἰς παραχύπτουσαν τὴν ἀσενὲθ καὶ λέγει τῷ πεντεφρῇ. τίς ἐστὶν ἡ γυνὴ ἐκείνη ἑστῶσα ἐς τὸ ὑπερῷον πρὸς τὴν θυρίδα; ἀπελθέτω δὴ ἀπὸ τῆς οἰκίας ταύτης. ἐφοβῆτο γὰρ ἰωσὴφ λέγων, μήποτε τὲ αὐτὴ ἐνοχλήσῃ με. ἠνόχλουν γὰρ πᾶσαι αἱ γυναῖκες τὲ αἱ θυγατέρες τῶν μεγιστάνων καὶ τῶν σατραπῶν πάσης τῆς αἰγύπτου τοῦ κοιμηθῆναι μετ' αὐτοῦ. ἀλλὰ γυναῖκες τέ θυγατέρες τῶν αἰγυπτίων ὡς ἐθεώρουν τὸν ἰωσὴφ κακῶς ἔπασχον ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτοῦ. καὶ τοὺς πρεσβειοὺς ἔπεμπον πρὸς αὐτὸν αἱ γυναῖκες μετὰ χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ δώρων πολυτίμων.

[4]) In t. Gr. etiam leg.: εἶχεν γὰρ ὁ ἰωσὴφ πάντοτε πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν Θεόν.

[5]) Item: τοῦ μὴ κοινωνῆσαι αὐτῆς.

exitium atque interitus est“[1]). Qua de causa Joseph illam virginem, quae e fenestra turris videbat, exire atque abscedere iussit. Putiphar autem: „Illa puella, inquit, quam in turri conspicaris, non mulier peregrina est, sed nostra filia est virgo, quae omnem hominem et virum peregrinum despicit neque[2]) umquam [p. 24] quemquam eorum ullo modo secuta est, nisi quod te hodie vidit; et si vis, veniat ad[3]) Nobilitatem tuam adorandam et salutandam; et cum filia nostra sit, soror tua est“. Joseph valde laetatus, quod Putiphar eam virginem esse[4]) dixerat, deliberabat: Si illa virgo innocens est et omnem virum peregrinum spernit, me non vexabit. Dixitque Putiphari eiusque propinquis: „Si filia vestra et virgo testata est, veniat, quod propinqua mea est, et ab hoc die aeque ac sororem eam diligam“. Et mater Asenethae in turrim ascendit atque Asenetham adduxit et ante Josephum constituit. Dixitque Putiphar Asenethae filiae: „Accede, adora[5]) osculareque fratrem tuum, quod caelebs est ut tu hodie et peregrinam spernit ut tu virum peregrinum“. Et Aseneth Josephum allocuta est: „Salve, benedicte Dei summi“. Dixitque Joseph: „Benedicat[6]) tibi Dominus, causa vitae universi“. Ac Putiphar ad filiam: „Accede, inquit, et osculare fratrem tuum“. Dum Aseneth appropinquat, Joseph dextram suam porrexit

---

1) cf. Gen. 24, 3. 28, 6. Prov. 2, 16—18.

2) *καὶ οὐχ ἑώρακεν αὐτὴν πώποτε ἄλλος ἀνὴρ εἰ μὴ σὺ μόνος σήμερον, διότι θυγάτηρ ἡμῶν ἐστὶν παρθένος.*

3) *καὶ προσαγορεύσει σε.*

4) In t. Gr. etiam verba: *μισοῦσα πάντα ἄνδρα* leguntur, sed desiderantur, quae in Syriaco a ܘܬܣܓܘܕ usque ad ܗܘܝܐ ܠܟ inveniuntur.

5) Lectio Graeca hoc loco non bene conservata esse videtur; pone *ἄσπασον* minimum *φίλησον* omissum est, et pone *σήμερον* verba, quae verbis ܘܣܢܝܐ ܠܟܠܗܘܢ ܢܘܟܪܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܢܬ ܠܟܠܗܘܢ ܢܘܟܪܝܐ respondent, desiderantur, cum in ver. Lat. „qui odit omnes mulieres alienigenas, sicut tu omnes viros“ legamus.

6) Ruth 2, 4.

et [1]) ad eius pectus inter duas mammas incipientes posuit, dixitque Joseph: „Non decet hominem in Deum pium, qui Deo viventi benedicit ac panem vitae [2]) benedictum edit et poculum immortalitatis integritatisque benedictum bibit oleoque odorato sancto unctus est, sequi atque osculari [3]) mulierem peregrinam, quae idolis inanimis vanis benedicit ac de pane foetido suffocati [4]) edit et a libamine insidiarum bibit oleoque corruptionis se unguit; at vir Deum colens sororem [5]) maternam et sororem suam eiusdem gentis cognationisque et mulierem sui similem osculatur, et familiaritas ei est cum eis, quae etiam propinque sicut ille Deum vivum verentur". Perrexitque Joseph: „Neque feminae Deum verenti licet viro peregrino adhaerere, quod id turpe [6]) atque foedum coram Deo vivo est". Quibus verbis Josephi auditis Aseneth magna poenitentia et tristitia affecta ingemuit et ad Josephum aspexit et stupuit, cum oculi aperti et pleni essent lacrimarum neque clausi [7]). [p. 25] Atque Joseph cum eam aspexisset et [flentem [8])] videret, eius miseritus est; et Joseph quoque ingemuit [9]), quoniam lenis ac probus [10]),

---

1) In Gr. verba ܘܣܡܗ usque ad ܚܕܝ̈ܐ desunt, sed ver. Lat. habet: „et posuit ad pectus eius".

2) Joh. 6, 35, 48.

3) lege ܕܠܢܫܩ ܘܠܢܫܩܘܢ

4) *καὶ ἐσθίει ἐκ τῆς τραπέζης αὐτῶν ἄρτον ἀγχόνης.* v. Act. 15, 20, 29. 21, 25.

5) *τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐκ τῆς μητέρος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν γυναῖκα τὴν εἰς οἶκον αὐτοῦ, αἵτινες εὐλογοῦσιν τῷ στόματι αὐτῶν τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα.*

6) lege ܕܡܚܡܪܐ

7) *lege ܡܬܟܠܝܢ

8) *δακρύουσαν.*

9) *lege ܘܐܬܬܢܚ

10) *lege ܬܡܝܡ

misericors ac pius erat. Et dextram suam extensam super eius capite posuit et: „Domine, inquit, Deus excelse Israëlis patris mei, Potens[1]) Jacobi, qui omnia animas, a tenebris ad lucem vocas, ab errore ad veritatem, a morte ad vitam, benedic huic virgini et renova[2]) eam spiritu denuoque crea secreto dextra tua ac in vita serva; et panem vitae aeternae edat et poculum benedictum bibat et numeretur in populo tuo hereditateque, quam antiquitus elegisti[3]), atque in requiem tuam cum sanctis tuis introeat[4]) vivatque in saecula!“ Et Aseneth[5]) de benedictionibus Josephi maxime gavisa statim ad turrim in conclave suum se contulit, sola sicut eius consuetudo erat, et super lectum suum cecidit, dum in sollicitudine animi ac tristitia est, quod laetitia et dolor atque magnus timor tremorque et sudor assiduus[6]) eam ceperat, postquam verba[7]), quae Joseph nomine Dei summi dixerat, audivit; et fletum magnum amarumque[8]) flevit et rediit et a verecundia deorum, quos colerat, se avertit et hos omnes sprevit ac contempsit, detestata est atque obiurgavit; et exspectavit, dum vesper veniret.

Joseph autem cum edisset atque bibisset, servis[9])

---

[1]) Deut. 10, 17.

[2]) Eph. 4, 23. Col. 3, 9.

[3]) Deut. 7, 6. Ps. 33, 12.

[4]) Ps. 95, 11. Hebr. 3, 11. 4, 3. 8.

[5]) Haec enuntiatio Syriace latius reddita est.

[6]) *φόβος πολὺς καὶ ἱδρὼς συνεχής.* Sudorem sermone Syriaco vulgo ܕܘܥܬܐ significat, Aramaice דיעתא [v. Levy: Chaldäisches Wörterbuch Leipzig 1881, t. I p. 172], ex quo verbo ܐܡܘܥܬܐ [sic in codice] depravatum esse potest. Sed fortasse ܐܡܘܥܬܐ etiam errore quodam scribae adiectum est, ut ita pro verbo antecedente ܙܘܥܬܐ iam ܕܘܥܬܐ legendum esset.

[7]) *lege ܡ̈ܠܐ

[8]) cf. Gen. 27, 34. Esther 4, 1.

[9]) Hic duo textus aliquid dissentiunt: *εἶπεν τοῖς παισὶν αὐτοῦ*

suis et eis, qui ei oboediebant, praecepit, ut currum pararent equosque iungerent; dixit enim: „Statim proficiscar et terram circumibo“. Putiphar autem Josepho dixit, ut diutius apud se maneret ac quiesceret. Et respondit Joseph: „Profecto ibo, quod hic dies primus est, quo Deus omnia super terra facere coepit. At post octo dies ad vos re-revertar et hic requiescam“ [1]). Dixitque [2]) Putiphar eiusque propinqui: „Etiam nos ad possessionem nostram rus ituri sumus“.

Atque Aseneth sola cum septem virginibus aequalibus remansit. Tristis autem fuit et flevit, dum sol occidit; neque [3]) panem edit neque potavit aquam, et ubi nox venit, quamquam omnes domestici cubitum iverunt, illa sola vigilavit atque exsomnis fuit, cum cogitaret et fleret [p. 26] et timore perturbationeque affecta pectora percuteret [4]). Atque e lectu suo surrexit et leniter gradus descendit et ad pistrinum [5]) venit, ubi molitrices [5]) earumque liberi dormiebant. Velamenque fenestrae detraxit et cinere in id iacto ad thalamum suum ascendit et id in solo posuit et portas atque etiam seram [6]) caute clausit. Adeo autem ingemuit [7]) suspirans amareque plorans, ut una e virginibus

---

*ζεῦξαι τοὺς ἵππους εἰς τὰ ἅρματα αὐτοῦ, τὲ κυκλεῦσαι πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ εἶπεν πεντεφρῆς πρὸς ἰωσήφ. αὐλισθήτω δὴ ὁ κύριός μου σήμερον ἐνταῦθα, τὲ τῷ πρωῒ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου.*

1) lege ܡܬܬܢܝܚ

2) *ὡς ἐξῆλθεν ἰωσὴφ τῆς οἰκίας, ἀπῆλθεν τὲ ὁ πεντεφρῆς καὶ πᾶσα ἡ συγγένεια αὐτοῦ εἰς τὸν κλῆρον αὐτῶν.*

3) Deut. 9, 9.

4) Luc. 18, 13. 23, 48.

5) lege ܛܚܘܢܐ et ܛܚ̈ܢܬܐ. T. Gr. hanc lectionem habet: *ἐλθοῦσα πρὸς τὸν πυλῶνα εὗρε τὴν θυρωρὸν καθεύδουσαν μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς*. Ergo Moyses. *μυλῶνα* legisse videtur.

6) *καὶ τὸν μοχλὸν τὸν σιδηροῦν ἐπέθηκεν αὐτῇ ἐκ τοῦ πελαγίου.*

7) lege ܐܬܬܢܚ

vocem eius audiret, eius sodalis[1]), cui assueverat et quae propterea ei propinquior erat quam sociae eius. Et postquam sex socias suas suscitavit, simul ad portam venerunt[2]) et fletus et vocem, suspiritus et gemitus Asenethae audiverunt[3]) eamque rogaverunt: „Qua re es vexata, domina? Aperi nobis, ut intremus et videamus“. Neque vero Aseneth eis aperuit dicens: „Caput me dolet, et in lectu meo sum; et melius est me solam esse in animi tranquillitate quam in conversatione, quia etiam omnia membra mea languida sunt. Neque tam valida sum, ut ad aperiendum surgere possim. At statim in cubicula vestra revertimini et e consuetudine vestra quieti vos tradite et a me abite“. Quae Asenethae oboedientes reverterunt. Postea quiete surrexit et illud conclave intravit, in quo res eius iacebant, et arca aperta nigram vestem lugubrem, quae ei erat, ex quo frater minor mortuus erat, deprompsit. Quam vestem lugubrem cum accepisset, portas caute clausit. Et festinanter Aseneth vestimenta laetitiae et virginitatis exuit et ornamenta a se detraxit ac lumborum[4]) vinculo aureo soluto coronam auream de capite posuit et armillas torquesque a se solvit. Quae omnia postquam congregavit, de fenestra deiecit, quae in septentriones vergebat, et omnia idola et sculpta et imagines e locis, in quibus disposita erant, depulsa de eadem fenestra deiecit; atque item sacrificium libamenque in eorum mensis et omnes cibos ad eorum praeparationem e fenestra misit et canibus alienis ad edendum deiecit, cum in corde suo diceret: „Non expedit hunc cibum impurum ac foetidum canibus [p. 27] domesticis dari, sed alienis“. Et postea cinerem a velamine sumpsit

---

1) *ἣν ἠγάπησεν ἀσενὲθ παρὰ πάσας τὰς παρθένους.*

2) *καὶ εὗρεν αὐτὴν κεκλεισμένην.*

3) Hoc loco fragmentum Graecum desinit.

4) lege ܚܨ̈ܘܗ̇

et in solum cubiculi sui iecit ac lumbos sacco cinxit[1]) et cincinnos resolutos cinere conspersit atque constravit. Pectoraque manibus percussit et amare flevit in cinere in solo domus per totam noctem iacens[2]). Ac mane vidit et ecce lutum ex multitudine lacrimarum oculorum compactum erat in fletu magno, quem fecit. Iterumque in cinerem se iecit usque ad tempus vespertinum; quo modo Aseneth septem dies egit neque panem edens neque aquam bibens septem illis diebus poenitentiae et passionis animi humilitatisque suae. Et prima luce diei octavi vox avium caeli audita est, et canes eos, qui praeteribant via, latraverunt, et Aseneth caput e cinere sustulit, quod debilis ac defatigata erat poenitentia, quam in animo egit, et ieiunio et humilitate. Ac genibus nixa surrexit et oculos in caelum sustulit cineremque a capillo excussit adhuc flens et pectus percutiens; et sub fenestram in orientem solem spectantem accessit et consedit caput ad genua declinans. Os autem ex humilitate clausum erat, et parvus fuit cibus septem passionis dierum, et ore per septem dies clauso in corde suo dixit: „Quid faciam, quo eam? Et ad quem fugiam ac quid loquar, ego virgo orphana et relicta desertaque? Omnes homines me oderint, etiam pater materque exinde, quia deos odi atque sperno, perdidi atque effeci, ut pedibus hominum calcarentur[3]). Parentes ac propinqui mei dicent: „Aseneth non filia nostra est, quia deos perdidit et reiecit"; et reliqui homines, qui mihi invident, quod etiam eos, qui me cupiverunt, repudiavi, ob hanc meam humilitatem de me gaudebunt. At Dominus, Deus excelsus et validus Josephi sapientis, eos, qui idola vana verentur, odit, quod Deus zelotes[4]) et terribilis[5]) est in eos, qui deos alienos, opus

1) Gen. 37, 34.
2) Cf. II Sam. 12, 16.
3) lege ܕܠܐܕܝܫܘܢ
4) Ex. 20, 5. 34, 14.
5) Deut. 10, 17.

manum hominum[1]), timent. Quoniam etiam ego contaminata sum et verecundia eis immolavi et eos colens ab eorum sacrificiis edi, [p. 28] non mihi fiducia Domini est, ita ut Dominum Deum caeli excelsum implorem. At quod audivi Deum Hebraeorum esse Deum verum, miseratorem[2]) et misericordem, patientem et multae misericordiae et veracem et[3]) propitium et non disperdere et abundare, ut peccatis averteret iram suam, et non accendere omnem iram suam tempore humilitatis hominis, qui eum implorat, audeo eum adire; et ad eum confugiam atque[4]) ei peccata mea erroresque confitebor, precesque meas coram eo adducam, numquid humilitatem[5]) ancillae suae videns mei miseretur. Cum pater[6]) orphanorum, adiutor infirmorum, salvator pauperum sit, ad eum loquar et clamabo". Et Aseneth ad fenestram orientalem surrexit et manus ad caelum sustulit, metuit autem, ne ore aperto ad Deum excelsum loquatur et nomen sanctum memmoret atque vocet. Et iterum conversa ad latus parietis fenestrae orientalis consedit; et faciem suam verberabat et pectus manibus percutiebat[7]) dixitque in corde suo os non aperiens: „Ego sum imbecilla et orba ac solitaria, cuius os sacrificio et vanitate deorum Aegyptiorum, meorum popularium, inquinatum est; nunc autem his lacrimis et cinere et pulvere humilitatis animi mei poenitentiam peccatorum meorum agens audeo os meum aperire et nomen sanctum Dei misericordis implorare. Et si Dominus de me iratus me castigabit, ille me possidebit, et si me prorsus verberabit[8]), mihi medebitur". Atque ad caelum conspiciens

1) Deut. 4, 28. Ps. 135 (134), 15.
2) Ps. 86, 15.
3) Ps. 78, 38. Versio Latina est secundum Vulg.
4) Ps. 32, 5.
5) I Sam. 1, 11. Ps. 25, 18.
6) Ps. 68, 6 (5).
7) lege ܘܛܦܦܐ
8) Job 5, 18.

tum primum os suum aperuit et ait: „Domine Deus mundorum eorumque creator et omnia vivificans — ille invisibilis lucem oriri fecit et eduxit, ille universum ex nihilo [1]) creavit et caelum sustulit et tum fundamenta eius super dorsum venti posuit ac terram [2]) supra aquam expandit, ille saxa magna in voragine aquae posuit; et saxa non merguntur, sed super ea ut folia feruntur, et lapides [p. 29] vivunt et tibi, Domine, oboediunt et tua praecepta observant neque negligunt, quod tu dixisti [3]), Domine, et omnia verbo tuo vivifacta sunt, et tu omnia creavisti — ad te confugio et cum clamore coram te preces meas effundo et peccata erroresque confiteor. Miserere [4]) mei, Domine, quod tibi valde peccavi et mala coram te feci; et [te] irritavi et impie egi et mala, quae dici non decet, dixi, et impurum ac pollutum [5]) os meum est sacrificiis idolorum libaminibusque deorum Aegyptiorum, quae per errorem feci, eosque colui et verita sum. Neque digna sum, quae ad te, Domine, os aperiam, ego Aseneth, filia Putipharis sacerdotis, quae aliquando fui virgo illustris ac regina et maior et prosperior quam omnes homines; nunc autem orba et deserta et relicta ab omnibus hominibus ad te confugio atque exclamo. Serva me, priusquam a persecutoribus meis prehendar, quae sum sicut puerulus, qui timore motus ad patrem fugit — is manibus extensis eum accipit et a terra tollens eum pectori suo admovet; et puer manu collum patris complectitur atque vires capit et respirat [6]) e timore suo et apud eum acquiescit [6]); pater autem de concitatione pueruli filii sui hilaris factus est. Itaque, Domine, manus

[1]) II Mac. 7, 28.
[2]) Ps. 24, 2.
[3]) Ps. 33, 9. 148, 5.
[4]) Ps. 51, 3. 6. [1. 4].
[5]) lege ܘܡܣܝܒ
[6]) *lego ܡܪܘܚ et ܡܬܬܢܝܚ

porrige et me a terra tolle; nam ecce feram campi, leonem grandem, qui me perseqitur, quod ille pater deorum Aegyptiorum est; ego autem nunc idola odi, quod liberi eius sunt, quos omnes abieci et delevi et a me propulsavi. Atque nimirum mihi iratus est et me persequitur. Serva me ab ungulis eius, Domine, et a dentibus eius me tuere, ne rursus me rapiat et deleat et in ardorem flammae iaciat, neve deinde ex hoc in ignem demissa ac tenebris induta ab inferno horream et in imam foveam descendam, neve belua me a mundo devoret et in saecula intercam. Immo serva me, Domine, priusquam haec omnia me appetant. [p. 30] Serva, Domine, desertam, quod parentes mei me delinquunt et abdicant, quia deos sperno; et hodie orba et misera sum, et tu solus es spes mea, Domine, pater orphanorum, roborator infirmorum [1]), servator vexatorum. Domine, miserere orbatae, miserae, destitutae, quoniam tu es pater bonus atque benignus. Quis praeterea est, qui tibi aequalis sit et propinquus in misericordia sua sicuti tu? Ac quis est, qui longanimus et misericors sit instar tui? En enim omnia dona Putipharis, patris mei, quae mihi ad hereditatem dedit, inanitates humanae sunt, munus autem tuae hereditatis, Domine, in aeternum existit neque interit. Refer inopiam meam ad te, Domine, et mei miserere. Intuere in miseriam et simplicitatem meam [2]). Domine, mihi condona, quia ab omnibus discessi et ad te confugi omniaque humana deserui et ad te recessi. Et in sacco cinereque, spoliata ac privata regno et decore ornamentorum meorum [3]) variorum [4]) ac diversorum, nigra veste lugubri induta sum et sine pulchritudine splendida mundi mei. Apparatusque

---

[1]) lege ܕܡܚܝܠܝܢ

[2]) lego ܘܒܬܡܝܡܘܬܝ

[3]) lege ܕܨܒܬ̈ܝ

[4]) lege ܡܨܒܬ̈ܐ

cubilium meorum et corona capitis mei et vinculum lumborum[1]) aureum in terra iacent; et in cinere[2]) animum meum humiliavi, et in sacco guttur meum ingemiscens pulmentum cibosque expetit, nam ieiuna septem dies permansi et afflicta sum inopia cibi, etiam hic cinis lacrimis meis factus est lutum et id quasi in via transitus. Ac cenam meam omnium ciborum canibus alienis dedi; ecce ego septem dies septemque noctes neque panem edi neque aquam bibi, ut lingua[3]) mea faucibus meis adhaereat et os foeteat tamquam sepulcrum labraque mea arida sint tamquam testa[4]). Atque visus faciei meae mutatus est[5]), et oculi mei aegrotant flendo, et robur meum a me discessit. Deosque, quos antea per imprudentiam colui[6]), contemno et abieci atque sivi eos ab hominibus conculcari et auferri. Quos aureos argenteosve deserui et ex oculis meis removi et ad te, Domine mi Deus, fugi. At tu redime me, quia per errorem in te peccavi virgo errans et puerilis, quae mala [p. 31] vana in Josephum, dominum meum, locuta sum nesciens eum tuum filium esse, cum homines mihi dixissent eum filium pastoris Chananaei esse. Quibus credidi et errore ducta illum despexi. Quis enim hominum talem pulchritudinem atque sapientiam, virtutem atque vim genuit? Domine, tibi eum commendo, quod tu eum magis diligis quam me. Tuere eum in sapientia . . .[7])

1) lege ܚܨ̈ܝܗ

2) lego ܘܒܩܛܡܐ

3) Ps. 22, 16. 4) ibid.

5) lege ܐܫܬܚܠܦ

6) lege ܦܠܚܐ ܗܘܝܬ

7) In codd. deest folium. Quae desiderantur e texto Latino affero: Et prospiciens Asseneth per fenestram, quae prospiciebat ad orientem, vidit et ecce stella lucifer, et prope eam fissum est caelum, et apparuit lux magna. Et videns Asseneth cecidit in faciem suam super cineres, et ecce vir descendens de caelo stetit super

. . . . et invenies. Atque Aseneth in conclave suum ingressa favum mellis magnum et plenum repperit, qui ut nix albus erat et in mensa iacebat; et mel eius sicut guttae roris tertii caeli et eius odor ut odor suavis spiritus vitae. Et Aseneth mirata in corde suo dixit: „Profecto hic favus ex ore illius viri exiit, quod eius odor est ut odor suavis oris illius“.

---

caput Asseneth, et vocavit eam ex nomine, quae prae timore non respondit. Et vocavit eam secundo Asseneth, Asseneth. Quae respondit: Ecce ego, domine, quis es? annuntia mihi. Qui ait: ego sum princeps domus Dei et princeps exercitus Domini. Surge et sta super pedes tuos et loquar ad te. Et levavit Asseneth caput. Et ecce vir per omnia similis Joseph, stola et corona et virga regia, cuius vultus sicut fulgor, et oculi eius sicut radii solis, capilli capitis ut flamma ignis. Et videns Asseneth timore percussa cecidit in faciem suam, quam confortans Angelus et illevans ait: depone cilicium istud nigrum, quo induta es, et cinctorium tristitiae tuae et saccum de lumbis tuis et excute cinerem de capite tuo et lava faciem tuam et manus tuas aqua vivente et orna te ornamentis tuis et loquar ad te. Quae cum ornasset se festinanter, rediit ad Angelum. Cui Angelus: denuda caput tuum a theristro, quia virgo es. Confortare et gaude Asseneth virgo, quoniam nomen tuum scriptum est in libro viventium et non delebitur in aeternum. [Ps. 69, 29. Apoc. 3, 5.] Ecce ab hodierno die renovata es et vivificata et manducabis panem benedictionis et potum bibes incorruptionis, quae ungeris chrismate sacro. Ecce dedi te hodie sponsam Joseph, et nomen tuum non vocabitur amplius Asseneth, sed multi refugii. Nam poenitentia exoravit pro te altissimum, quae est filia altissimi, virgo hilaris ridens semper et modesta. Cumque quaereret Asseneth ab Angelo nomeu eius, respondit: nomen meum scriptum est digito Dei in libro altissimi, et omnia, quae in libro illo scripta sunt, insatiabilia [in Spec. Hist. Berol. legitur: ineffabilia] sunt, ne convenit homini mortali vel audire illa vel dicere. Et ait Asseneth tenens summitatem pallii eius: Si inveni gratiam in oculis tuis, sede nunc paululum super lectum istum, super quem nemo unquam sedit, et praeparabo tibi mensam. Et dixit Angelus: affer cito. Et apposuit panem et vinum suave oleris vetusti et mensam novam. Et ait Angelus: affer mihi et favum mellis. Cumque illa contristata staret, eo quod favum non haberet, ait ei Angelus: intra in cellarium tuum, et invenies favum mellis super mensam tuam.

Quem favum Aseneth cepit et viro tulit posuitque in mensa ante eum constituta, et vir ei ait: „Cur dixisti: „Non est favus in conclavi meo“, atque en favum mirum fers“. Atque Aseneth verita: „Domine, inquit, numquam favus in cubiculo meo fuit, sed tu dixisti, et factus est et e tuo ore exiit, nam eius odor est ut odor suavis oris tui“. Ac vir de prudentia Asenethae gavisus et eam ad se vocavit et dextram suam extensam capiti eius admovit. Timuitque Aseneth a scintillis ignis, quae ex illius manu prodibant quasi ex ferro ardente. Vir autem hilaratus, quod eam timentem videbat: „O te felicem, inquit, Aseneth, cui occulta Excelsi manifesta sunt; et beati illi, qui Domino Deo excelso in poenitentia adhaerent, quod ab hoc favo edent et in aeternum vivent, quia hic est spiritus vitae. Hunc enim apes volucres paradisi Dei Eden vivi [p. 32] ex rore rosae vitae, quae est in paradiso, paraverunt, eo quod angeli Dei ab eo edunt, et omnes electi Dei et filii Excelsi ab eo edunt, quia favus vitae est. Quicunque ab eo ederit, non morietur, sed in aeternum vivet[1]). Et vir manum suam dextram porrexit et parvam partem favi sumpsit et edit; et quod superfuit, in ore Asenethae posuit. Et vir Asenethae: „Es igitur, inquit, panem vitae atque bibe poculum vitae unguereque oleo incorruptionis. Ab hoc die et ultra corpus tuum flores vitae e terra[2]) Excelsi proferet, et etiam membra tua tamquam cedri paradisi pinguia fient, ac vires non languescentes te roborabunt, ed adolescentia tua in aeternum manebit, neque senectutem videbis, atque pulchritudo tua numquam deerit. Fiesque mater urbium muro munita iis[3]), qui ad nomen Regis, Domini Dei mundorum, confugiunt.“ Dextramque suam extendit, et id, quod a favo

[1]) Joh. 6, 51. 58.

[2]) *legendum est ܐܪܥܗ

[3]) *legendum est ܠܡܥܢ

fregerat, in eo completum est, et factus est, ut antea fuerat, cum eum nondum tetigerat. Iterum dextram suam ad favum porrexit et eum digito suo dilucide a latere orientali tetigit et ad se partem eius traxit. Et rursus dextra extensa digito suo latus favi occidentale attigit, et dum eum ad se admovet [1]), in via mellis sanguis factus est. Manu denuo extensa partem septentrionalem favi digito attigit et ad se traxit, et in via mellis iterum sanguis extitit; ac rursus manum porrexit et partem meridianam favi digito suo tetigit et sibi adduxit, iterumque in via mellis sanguis factus est. Atque Aseneth a sinistra eius stans omnia, quae vir fecit, vidit. Dixitque vir ad favum: „Age, videre statim, magna turba apium, ex cellis favi mellis." Et cellae erant innumerabiles, multae myriades, et ex omni cella apparuerunt et revixerunt myrias [2]) myriadum et mille millia apium, quae albae erant sicut nix. Alaeque earum ut color purpurae et iacinthi et cocci et byssi auro texti; et corona [p. 33] aurea in capite uniuscuiusque earum erat, et eis aculei acuti erant, sed non laedebant; et circumierunt [3]) et apprehenderunt Asenetham et ex ea a vestigio usque ad verticem se suspenderunt. Atque electae et magnae ut reginae erant apes, quae erant ex fragmentis, quae per virum a favo fractae erant. Faciemque Asenethae tenentes in eius labris favum instar eius, qui ante virum iacebat, fecerunt, et plurimi mellis plenus erat; et omnes illas collegit, et a melle favi, qui in ore Asenethae erat, ederunt [4]). Quas ad apes vir: „Ite, inquit, ad loca vestra". Plurimaeque earum surrexerunt et volaverunt et in caelum versus profectae sunt. Illae autem, quae Asenetham violare vo-

---

[1]) Versio Latina reddit: »et via digiti eius facta est in sanguinem.«

[2]) Dan. 7, 10.

[3]) lege ܘܐܬܚܕܪ̈

[4]) lege ܐܟ̈ܠ vel ܐܟ̈ܠܝ

lebant, in terram lapsae mortuae sunt. Atque vir sceptrum, quod in eius manu erat, ad apes mortuas porrexit dixitque: „Surgite [1]) vos quoque et ad loca vestra ite, in aulam turri Asenethae propinquam, et habitate et manete in arboribus frugiferis". Rogavitque vir Asenetham: „Vidistine illas, Aseneth"? Quae respondit: „Vidi, mi domine". Dixitque vir ad eam: „Ita evenient omnia verba, quae ad te hodie dixi". Rursus vir manu extensa fragmentum favi attigit, atque ignis a mensa ascendit, qui favum absumpsit, sed mensam non laesit neque ea potitus est. Et odor exustionis favi suaviter per totam domum domicilii Asenethae flavit. Dixitque Aseneth ad virum: „Domine, apud me septem virgines sunt, aequales meae et mecum nutritae, et eas diligo quasi sorores meas. Quas tibi vocabo, et eis benedic ut mihi!" Aitque vir: „Voca eas"; et Aseneth septem virgines vocavit, et ante eum constiterunt et vir eis: „Vobis, inquit, benedicat Diminus Deus excelsus, et sitis septem columnae in urbe refugii, et omnes filiae domus urbis refugii, et omnes filiae domus urbis refugii electae ad vos et per vos [2]) in aeternum conquiescant". Dixitque vir ad Asenetham: „Nunc mensam aufer"; et dum Aseneth mensam aufert, vir coram ea mutatus est. Ac cum suspiceret, ecce currum [3]) quattuor equorum, qui in caelum versus in orientem solem ivit. Et species [p. 34] currus fulgebat et lucida erat ut ignis et species equorum ut fulgura, ac vir super curru stabat. Et Aseneth locuta est: „Vero stulta atque audax [4]) fui, quod haec locuta sum dicens virum in conclave meum venisse, neque scivi Deum

[1]) lege ܩܘܡܝܢ

[2]) legendum est ܘܒܟܝܢ

[3]) Cf. II Reg. 2, 11.

[4]) *lege ܘܡܪܚܬܐ

ex caelo in cubili[1]) meo visum esse', et nunc ad caelum revertitur". Dixitque Aseneth: „Condona servae tuae, quod per imprudentiam verba mea locuta sum".

Quae cum in animo suo cogitaret, intrat adolescens Putipharis et domi nuntiat: „En vir Dei, Joseph venit, et lictor eius apud portam aulae stat". Et Aseneth nutricium suum, praefectum domus patris, vocavit dixitque ei: „Paratus es et instrue domum paraque magnam cenam, quia Joseph, validus Dei, ad nos hodie veniet". Nutricius autem in eam conspiciens, — facies enim eius tristis erat passione poenitentiae septem dierum — dolore de ea affectus est et flevit et eius dextram prehensit atque osculatus est et ait: „Quid tibi est, filia mea, quod facies tua moesta est"? Cui respondit: „Caput mihi vehementer doluerat, et somnus mihi raptus erat." Et statim nutricius eius abiit, ut domum et cenam pararet. Aseneth autem viri eiusque verborum recordata[2]) profecto conclave suum secundum intravit, quo loco erant arcae ornamentorum eius. Aperuitque et prompsit stolam principalem fulgentem et induit et vinculis lumborum aureis accincta est; atque armillas in manibus posuit et spiras in pedes et in collum torquem discolorem lapidibus preciosis multis coronamque auream in caput induxit, omnia ornamenta pura. Et in corona eius iacinthi a fronte videbantur et sex lapides magni pretii, et theristrum sponsae erat in capite eius, et sceptrum in manum cepit. Sed verba nutricii reminiscens, qui ei dixerat nigram moestamque esse faciei speciem, valde ingemuit et contristata dixit Aseneth: „Si ita Joseph me videbit[3]), me contemnet." Et uni ex virginibus suis sociis

[1]) lege ܒܬܘܢܝ

[2]) ܘܕܟܗܕܬ sic in ms., sed litera ܕ ante ܟ delenda est.

[3]) lege ܢܚܙܝܢ

praecepit, ut sibi aquam puram ex fonte ferret. Quae in pelio sustulit, et dum [Aseneth] ad lavandum se declinat, faciem suam quasi radios solis videt et oculos suos sicut [p. 35] Luciferum orientem et maxillas suas ut campos Excelsi, in quibus rubebat ut sanguis hominis, et labra sua ut rosa vitae e stirpe carpta dentesque ut arma ad bellum parata atque capillum capitis sicut vitem paradisi Dei fructibus abundantem et cervicem ut insulas requietis angelorum in caelo pectoraque sua tamquam montes amoris Excelsi. Atque Aseneth se [1]) in aqua videns de specie sua stupuit neque prae gaudio faciem lavit. Locuta enim est: „Fortasse hanc pulchritudinem decoram abluo". Accessitque denuo eius nutricius, ut ei omnia esse parata renuntiaret. Qui cum eam conspexisset, properavit, sed loqui non potuit et timore affectus ante pedes procubuit et tum demum dixit: „Qui est, mea domina, hic aspectus praeclarus atque mirabilis pulchritudinum divinarum? Dominus Deus caeli vere te sponsam filii sui natu maximi elexit". Et iuvenis venit et Aserethae nuntiavit: „Ecce Joseph est in limine aulae". Atque Aseneth festinans cum septem virginibus sociis gradus descendit ad occursionem Josephi, et in limen domus constiterunt. Et Joseph in aulam venit, ac portae clausae sunt, et omnes alieni foris manserunt et . . . . . .[2]) Aseneth Josepho obviam ivit. Quam cum Joseph aspexisset, etiam ille de pulchritudine eius miratus et eam allocutus est: „Quis es tu? Statim mihi indica!" — „Ego, inquit, sum Aseneth puella et ancilla tua, quae a me idola amovi et deos contemno ac sperno; et hodie vir ad me ex caelo venit, qui mihi panem vitae dedit — et edi — et poculum benedictum — et bibi — dixitque mihi: „Te Josepho sponsam dabo, et ille

---

[1]) lege ܠܢܦܫܗ

[2]) ܡܢ ܫܦܦܐ?

tibi sponsus in aeternum erit". Etiam ait: „Ne amplius nomen tuum appelletur Aseneth, sed nomen tuum appelletur urbs refugii, quod in te ad Deum excelsum populi et familiae, gentes ac nationes confugient ac se abdent". Dixitque mihi: „Ibo etiam ad Josephum et cum eo haec verba de te communicabo". [p. 36] Atque nunc tu, mi domine, scis, si vir ad te venit et tecum de me locutus est". Et Joseph Asenethae respondit: „Benedicta sis Deo excelso et nomen tuum in aeternum benedictum, quod Deos muros tuos in altitudine posuit; muri enim tui sunt ex adamante vitae, quod filii Dei nostri vivi in urbe refugii habitant, quibus Dominus Deus noster in aeternum imperabit, nam ille vir, qui ad te hodie venit, mihi haec fere verba de te dixit. Et nunc veni ad me, virgo pura! Cur stas procul ex adverso?" Et Joseph manus suas extendit et nutu oculorum suorum Asenetham vocavit. Etiam Aseneth manibus extensis ad Josephum cucurrit et ad collum eius incidit et ei se adiunxit[1]), et spiritu revixerunt et inter se adhaeserunt[2]). Atque Joseph Asenetham osculatus est et ei spiritum vitae dedit et iterum eam osculatus est et ei spiritum sapientiae dedit et tertium eam osculatus veritatis spiritum ei dedit. Manusque compresserunt et inter se amplecti sunt, et Aseneth Josepho: „Veni, inquit, et intra domum nostram, quia, domine, cenam magnam in domo nostra paravi;" ac manus invicem prehenserunt, et eum in domum suam introduxit et throno patris collocavit. Et aquam tulit, ut pedes eius lavaret, et Joseph dixit: „Appropinquet[3]) una ex virginibus et pedes meos lavet." Aseneth autem ait: „Non ita, mi domine. Cur una ex illis puellis pedes tuos, mi domine, lavet? Potius ego, puella et ancilla, pedes domini mei

1) lege ܘܩܒܠܗ

2) lege ܘܐܬܪܘܚܘ

3) Cf. Nöldeke l. c. § 319.

lavabo [1]), quod tui pedes mei pedes et tuae manus meae manus et tua anima est mea anima," et eum ursit pedesque eius lavit. Et Joseph manus eius spectavit ut manus vitae, et digitos eius ut digitos scribae periti dilectique. Tum Joseph dextra sua eam cepit et in caput osculatus est, et illa a dextra eius assedit.

Et pater materque et propinqui eius omnes ex agro hereditatis suae reverterunt et Asenetham conspexerunt quasi speciem [p. 37] lucis et eius pulchritudinem sicut pulchritudinem caeli, et eam prope Josephum sedentem et veste nuptiali indutam viderunt atque de eius pulchritudine mirati deum laudibus etulerunt, qui animat et mortuos excitat. Deinde ederunt et potaverunt. Dixitque Putiphar ad Josephum: „Cras magnates satrapesque terrae Aegypti vocabo et nuptias parabo, et Asenetham in matrimonium duces." Et Joseph respondit: „Cras revertar ad Pharaonem regem, quod tamquam pater meus est et me terrae praefecit. Quocum de Asenetha loquar, ut mihi eam inter uxores det." Et Putiphar respondit: „Proficiscere in pace." Hoc die autem Joseph apud Putipharem ipsum mansit neque Asenetham cognovit, cum Joseph diceret: „Non decet virum, qui Deum timet, ante nuptias sponsam suam cognoscere."

Atque Joseph ad Pharaonem dixit: „Da mihi uxorem Asenetham, filiam Putipharis, sacerdotis Heliopolis." Dixitque Pharao ad Josephum: „Ecce haec tibi destinata fuit ex aeterno et coram Deo." Et Pharao Putipharem vocavit et Asenetham adduxit et de eius pulchritudine admiratus est aitque: „Benedicta a Domino, Deo Josephi, quod ille filius natu maximus Dei est, etiam tu filia Domini appellaberis et sponsa Josephi ab hoc tempore et usque ad aeternum." Ac Pharao Josepho Asenethaeque propinquavit et eis coronas aureas, quae in domo eius ex aeterno observatae erant, imposuit. Et Pharao Asenetham a dextra Josephi

---

1) lege ܐܫܝܓ

collocavit et manum suam eorum capitibus imposuit et eis benedixit, cum diceret: „Vobis benedicat Dominus Deus excelsus et benedicat et glorificet vos in aeternum.“ Vertitque Pharao alterum ad alterum, et inter se osculati sunt. Quo facto Pharao nuptias et magnam cenam et magnum septem dierum convivium paravit et omnes magnates Aegypti et omnes reges populorum vocavit et per totam Aegyptum terram proclamavit omni homini, qui opus septem diebus nuptiarum Josephi atque Asenethae faceret, moriendum esse. Postea [p. 38] Joseph ad Asenetham ingressus est[1]), et Aseneth a Josepho concepit et Manassen et post hunc Ephraim in domo Josephi peperit.

Hymnus ac celebratio Asenethae in Deum excelsum: „Peccavi coram te, Domine, multum, ego Aseneth, filia Putipharis, sacerdotis Heliopolis, urbis solis, qui in omnia inspicit. Peccavi et mala coram te feci. Ac tranquilla in domo patris mei fui, sed superba elataque. Peccavi coram te et deos innumerabiles timui et ab eorum sacrificiis edi et ab eorum libaminibus potavi neque Dominum, Deum caeli, cognoveram neque Excelso vivo confisus eram, sed in gloria divitiarum mearum et pulchritudine mea fiduciam meam posueram, et superba atque elata fui et omnem virum in conspectu meo eosque, qui me petebant, sprevi. Peccavi coram te, Domine, multum et garrule ad te in vanitate locuta sum in superba mea dicens nullum principem in terra esse, qui me pudefaceret, sed me sponsam filii maximi natu regis Aepypti fore, dum Joseph, fortis Dei, veniret. Qui a fastu atque superbia mea me detraxit et me a viribus meis debilitavit et pulchritudinibus suis me venatus est et sapientia sua me captavit ut piscem hamo et spiritu suo me vitae subiecit atque robore suo me roboravit et me ad Deum admovit[2]), caput et dominum mundorum. Ac

---

[1]) Gen. 30, 4—5. 38, 2—3.

[2]) lege ܘܡܩܪܒܢܝ

manibus ducis exercituum Excelsi mihi panis vitae datus est et poculum sapientiae, et ei sponsa in aeternum facta sum."

Quae postquam gesta sunt, septem[1]) ubertatis anni praeterierunt, et septem inopiae anni appropinquaverunt. Et Jacob de Josepho filio suo audivit, et Israël profectus et in Aegyptum cum omnibus domi suae natis ingressus est die vicesimo uno mensis secundi anni secundi famis et in terra Gessen habitavit. Dixitque Aseneth ad Josephum: „Ibo et videbo Israëlem patrem tuum, qui mihi est tamquam Deus." Aitque Joseph: „Mecum patrem meum videbis"; et Joseph Asenethque in Gessen venerunt, et eis Josephi fratres obviam iverunt [p. 39] et eos proni in terram adoraverunt. Intraveruntque ad Jacobum super lectu suo in senectute bona[2]) sedentem. Quem Aseneth intuita admirata est, quod Jacob pulchra specie erat, et eius senectus pulchritudinem iuvenum splendidorum superabat. Et caput eius erat sicut nix et capillus densus ut avena, et extremitas barbae candidae ad eius pectus descendebat, et oculi laeti[3]) et fulgentes et maxillae eius et humeri et brachia in firmitate erant ut species angeli et femora cruraque eius tamquam viri fortis. Atque erat Jacobus ut vir, qui cum Deo[4]) pugnavit. Quem cum Aseneth videret, stupefacta prona in terram adoravit. Dixitque Jacob ad Josephum: „Haecne nurus mea uxor tua est? Benedicta tu Deo excelso." Quam Jacob ad se vocavit et benedixit et osculatus est; et Aseneth manus suas porrexit et collum Jacobi amplectens a terra ad eum se erexit, quasi qui ex bello in domum suam post multum tempus redit. Postea ederunt ac potaverunt; et Joseph et Aseneth profecti sunt, ut domum redirent. Quos comitati sunt filii Liae soli fratresque Josephi, filii

---

[1]) Gen. 41, 53. 54.

[2]) Gen. 25, 8.

[3]) lege ܘܦܨ̈ܝܚܝܢ

[4]) V. Gen. 32, 29.

autem Balae et filii Zelphae, ancillarum Liae et Rachel, eos non comitati sunt, quod doli prioris recordantes timebant. Ac Levi a dextra Asenethae gressus manu sua prehensit et Joseph ab eius sinistra. Et Aseneth Levi amabat magis quam omnes Josephi fratres, quod Deo vivo propinquus erat. Qui vir propheta et prudens erat et eius oculi[1]) aperti[2]), atque verba scriptorum librorum caeli scripta digito Dei exploravit arcanaque Dei scivit, quae ei patefacta erant, et Asenethae arcana praesignificavit, quod eius mens sciebat de illius in excelsis requiete et moenibus illius in saecula adamantinis fundamentisque, quae quondam in lapide petrae firmae in septem caelis posita sunt.

Quo tempore Joseph et Aseneth praeterierunt, filius Pharaonis natu maximus ex adverso eos conspexit et cum Asenetham conspexisset, zelo incitatus eam cupivit. Ingemuitque [p. 40] et insanivit de eius pulchritudine, cum diceret: „Cur ita?“ Atque Pharaonis filius nuntios misit et Simeonem et Levi ad se vocavit. Qui viri convenerunt et in eius conspectu constiterunt, et primogenitus Pharaonis ad eos: „Scio, inquit, vos viros valentiores esse quam omnem virum terrae et his manibus vestris Sichem urbem vastavisse[3]) et his duobus hastis tria millia virorum bellicosorum interfecisse. Atque ecce ego hodie omnino vobis socius et amicus fiam et vobis aurum et argentum multasque opes et magnas possessiones bonas dabo, sed unam rem a vobis postulo, quam mihi per amorem faciatis, quod ignominia Joseph frater vester me affecit et contempsit, cum Asenetham uxorem meam caperet, quae mihi antiquitus debita est. Nunc venite, mihi iurate, et cum Josepho fratre vestro pugnemus et eum hasta mea interficiamus, et Aseneth mihi uxor fiat et vos fratres et amici veri. Sin autem

[1]) Num. 24, 4. 16.

[2]) lege ܘܦܬܝ̈ܚܢ

[3]) Cf. Gen. 34, 25.

haesitatis remoraminique atque hanc rem repudiatis, ecce haec acies hastae meae in vos est stricta.“ Quae cum diceret, hastam suam splendere fecit et aciem ostendit. Ac viri Simeon et Levi [1]) ubi ea audiverunt, quae Pharaonis natu maximus rebelliter dixerat, vehementer obstupuerunt; et Simeon audax erat atque iracundus et consilium cepit, ut statim gladium suum stringeret ac primogenitum Pharaonis occideret, quod dure et audacter locutus erat. Levi autem, cum rationem mentis Simeonis intellexisset, quoniam propheta erat et vates, et oculi eius aperti erant, in Simeonis pedem calcavit et ei significavit, ut sileret et ab ira sua conquiesceret; dixitque ad Simeonem inter se et eum: „Cur iratus et iracundus es de hoc viro? ac nos Deum veremur neque malum [2]) pro malo reddere solemus.“ Dixitque Levi filio Pharaonis palam et sine ira placide: „Quare sic loquitur [3]) dominus noster ad nos viros Deum colentes? et pater noster propinquus et carus Excelso est, et Joseph frater noster est tamquam filius Dei atque eius natu maximus; ac quomodo hoc malum facere possumus et peccare [4]) in Deum et coram [p. 41] Israël patre nostro et Josepho fratre. Atque nunc verba mea audi: Non decet ullum virum Deum colentem ullum hominem ullo modo laedere neque, si quis viro, qui a Deo timet, obfuit, hunc gladio in manu sua per ultionem vindicata facere. Atque cave, ne in Josephum fratrem nostrum haec cogites, ne acie hastarum, quae in manibus nostris sunt, cadas.“ Et acies suas ostenderunt dixeruntque: „Vides has hastas acutas; his duobus gladiis pro ignominia Dinae, sororis nostrae, Sichimos ulti sumus.“ Filiusque Pharaonis conspicatus valde timuit et exterritus propter metum in terram ante pedes Simeonis et Levi lapsus est. Et Levi manu

1) lege ܘܠܘܝ

2) Rom. 12, 17. I Thess. 5, 15.

3) Gen. 44, 7.

4) lege ܢܚܛܐ

porrecta eum erexit et allocutus est: „Surge et noli metuere, sed tantum redi et avertere a malis tuis, neve in Josephum fratrem nostrum dolum cogitaveris.“ Atque ex conspectu filii Pharaonis Simeon et Levi exierunt. Ille autem insanus factus[1]) et vehementer de Asenethae pulchritudine cruciatus est. Et servi eius ei locuti sunt: „Ecce filii Balae et Zelphae, ancillarum Liae et Rachel, uxorum Jacobi, Josepho et Asenethae aemulati sunt[2]) oderuntque. Hi consilio tuo obsequentur et voluntatem tuam facient.“ Etiam ad eos filius Pharaonis nuntios misit ac noctu ad se vocavit. Qui venerunt et coram eo constiterunt. Et eos allocutus est: „Vos viri bellicosi et validi.“ Dixeruntque ei Dan et Gad, fratres maiores: „Dominus noster loquatur[3]), quod servi tui audient et voluntatem tuam facient.“ Ac filius Pharaonis magna laetitia affectus servis suis praecepit: „Discedite paulum ulterius, quod mihi verbum cum his viris in occulto est.“ Quibus omnibus remotis filius Pharaonis: Ecce vita[4]), inquit, est coram me et mors, eligite vobis vitam, quod vos viri validi estis, et nolite mori quasi mulieres, sed firmi este et ultionem ex adversariis vestris petite; audivi enim Josephum fratrem vestrum ad Pharaonem loquentem: „Servi mei sunt filii Balae et Zelphae, qui me per dolum et invidiam vendiderunt; et simulac dies[5]) luctus patris mei appropinquaverint, eos ulciscar et a terra removebo, ne filii ancillarum [p. 42] cum filiis ingenuarum hereditatem accipiant.“ Atque Pharao eum laudavit dixitque ei: „Bene patientia uteris[6]); et illo

1) *lege ܡܬܡܠܢܐ

2) lege ܐܛܢܘܢ

3) I Sam. 3, 9. 10.

4) Deut. 30, 19.

5) Omissum videtur ܡܩܛܠܐ, cf. Gen. 27, 41.

6) lege ܐܓܢܣܬ

tempore te in ultione tua iuvabo." Et viri cum haec verba audivissent, vehementer perturbati et angusti facti sunt et filio Pharaonis dixerunt: „Te, Domine, rogamus, nos iuva[1])." Quibus respondit: „Vos iuvabo, sed nimirum dummodo me sequamini." Dixeruntque viri: „En nos tui servi coram te stamus; dic, iam a nobis voluntas tua fiet." Et filius Pharaonis ait: „Ecce ego hodie Pharaonem patrem meum interficiam, quod Josephum tamquam patrem diligit, et eius loco regnabo. Vos autem Josephum fratrem vestrum perdite, atque Aseneth denuo, sicuti desiderium meum est, uxor mihi fiat." Quod se acturos esse viri polliciti sunt dixeruntque: „Josephum ad Asenetham loquentem audivimus: „I cras in agrum hereditatis nostrae, nam est tempus vindemiae". Et cum ea sexcentos viros fortes bellicosos dedit et quinquaginta praecursores[2]). Nunc loquamur, et dominus noster audiat et nobiscum milites det.". Ac duo millia virorum — quingenos viros uni viro — quattuor ducibus dedit et eos praefectos quingentorum fecit. Dixeruntque Dan et Gad: „Nos noctu proficiscemur et in arundine saltus vallis insidiabimur; tu autem quingentos sagittarios sume et nos praecede; et nos ex insidiis silvae surgemus et sexcentos viros, qui cum ea sunt, occidemus; ac si illa in curru fugiet, ei obviam i et in eam age ad voluntatem tuam. Atque postquam Joseph de Asenetha contristatus erit, nos eum necabimus et duos filios eius in eius conspectu occidemus." Filiusque Pharaonis cum haec verba audivisset, gavisus eos e conspectu suo cum duobus millibus virorum armatorum demisit. Qui in vallem[3]) profecti in arundine saltus insidiati et divisi sunt — quingenti viri hinc et quingenti inde — et viam in medio relinquerunt.

1) lege ܥܕܪܘܢ

2) lege ܪ̈ܗܛܐ

3) lege ܥܘܡܩܐ

Filius Pharaonis nocte surrexit et ad patrem ivit, ut eum gladio interficeret; sed custodes patris eius eum impediverunt, [p. 43] ne intraret, et eum interrogaverunt: „Quid iubes, domine?“ — „Patrem, inquit, videre volo, quod ad vindemiam vinitorum meorum iturus sum.“ Cui custodes responderunt: „Dolore enim capitis pater tuus gravatur hac nocte et quietem desiderat; atque neminem ad eum ingredi, ne te quidem primogenitum suum iussit.“ Cito filius Pharaonis reversus secum quingentos viros sagittarios cepit secundum consilium Dan et Gad et praegressus in loco se abscondit. Dixeruntque Nephtali[1]) et Aser, fratres minores, ad Dan et Gad: „Cur denuo mala contra Israëlem patrem nostrum et contra Josephum fratrem cogitatis, quoniam Dominus eum quasi pupillam[2]) oculi custodit? Nonne prius eum vendidistis? Atque ecce est rex et praefectus terrae et tritica cibi dat et redemit et conservat multos. Ac nunc si ei maleficere tentabitis, rursus in caelum ascendet et in vos ignem mittet, qui vos devorabit[3]), quia angeli Dei pro eo dimicant et eum iuvant.“ Et Dan ed Gad iis irati locuti sunt: „Si minus, tamquam mulieres moriemur.“

Mane Aseneth surrexit et Josepho ait: „Ut dixisti, in agrum hereditatis nostrae in vineam ibo, sed animus meus veritus est, ne te priver.“ Cui Joseph: „Bono animo es, inquit, neve timueris, sed statim proficiscere, et Dominus tecum sit atque te ut pupillam oculi tueatur a[4]) facinore malo; etiam ego iturus sum ad praeparanda atque donanda alimenta vitalia cibumque multorum, ne in terra pereant.“ Et Aseneth viam suam ingressa est, atque Joseph quoque se in viam suam vertit. Cum Aseneth in locum

---

1) lege ܢܦܬܠܝ

2) Deut. 32, 10. Ps. 17, 8.

3) Lev. 9, 24. 10, 2.

4) Aut legendum est ܡܢ, aut alterum verbum deest.

vallis venisset et sexcenti viri cum ea, viri ex insidiis prodierunt et cum viris Asenethae manus conseruerunt et eos interfecerunt et quinquaginta praecursores; Aseneth autem in curru suo effugit.

Atque Levi fratres suos, filios Liae, de insidiis certiores fecit, et unusquisque gladium ad femur apposuit, et scuta ceperunt brachiisque induerunt et lanceas suas dextris prehenserunt. Et statim persecuti sunt et cito ad Asenetham acceleraverunt. Cui cum fugeret, [p. 44] en filius Pharaonis occurrit et cum eo quinquaginta equites. Et Aseneth eum conspicata timuit et vehementer concussa nomen Domini, Dei excelsi, advocavit. Beniamin autem cum ea in curru fuit; et Beniamin puer erat et pulcher et Deum colens atque valde animosus atque e curru descendit et sibi lapides[1] leves e valle collegit et manibus completis in filium Pharaonis animose iecit neque aberravit, sed tempus eius sinistrum feriit et vehementer eum vulneravit, ita ut filius Pharaonis in terram caderet. Celeriterque Beniamin in petram altam ascendit et aurigae currus Asenethae praecepit: „Porrige mihi lapides ex valle.“ Qui ei apportavit numero duodequinquaginta lapides, quorum quoque singulos viros interfecit, duodequinquaginta homines, qui filium Pharaonis secuti erant.

Filii Liae Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon, viros, qui in arundine saltus vallis insidias paraverant, persecuti subito oppresserunt omnesque interfecerunt, hi sex iuvenes filii Liae. Quorum e conspectu Dan et Gad, filii Balae et Zelphae, fratres eorum, fugerunt dixeruntque: „Perimus per fratres nostros; et filius Pharaonis victus et vulnere mortifero per Beniamin affectus est. Et nunc venite, Asenetham et Beniamin fratrem nostrum interficiamus et fugiamus et ad saltus in valle arundinis confugiamus.“ Ac gladiis strictis sanguine tincti advenerunt, et Aseneth eos

---

[1]) Cf. I Sam. 17, 40. 49.

intuita locuta est: „Dominus ille, qui me e morte animavit atque dixit: „Anima tua in aeternun vivet", me eripiat ac liberet a gladio virorum illorum fraudulentorum." Qui cum preces Asenethae audivissent, gladii ex eorum manibus super terram in pulverem lapsi sunt, et postquam filii Balae et Zelphae hoc viderunt, valde veriti ac perturbati sunt et dixerunt[1]): „Re vera Dominus nobiscum pro Asenetha dimicat[2])." In terram se proiecerunt et adoraverunt et allocuti sunt Asenetham: „Miserere et condona servis tuis, quod domina nostra regina est; et nos mala in te fecimus, sed Dominus nobis [p. 45] secundum opera nostra reddidit[3]), ac nunc tibi supplicamus, miserere nostri et ex manibus fratrum nostrorum serva, quia illi poenas iniuriae tuae expetentes gladios suos in nos paraverunt." Quibus Aseneth: „Animosi este, inquit, et a fratribus vestris nolite timere, quod illi Deum colentes verecundia in omnem hominem utuntur. In saltum vallis revertimini, donec eorum in vos iracundiam leniverim, quoniam multa mala per audaciam fecistis, sed inter[4]) me et vos Dominus iudicet." Atque Gad eiusque fratres in saltum fugerunt, et en filii Liae currentes advenerunt tamquam hinnulei cervorum. Quorum in occursum Aseneth descendit et plorans iis manum praebuit. Illi autem ceciderunt et proni in terram adoraverunt et magnum fletum duxerunt. Cum autem filios Balae et Zelphae postularent, Aseneth ad eos locuta est: „Omittite, quaeso, eos et malum pro malo nolite reddere; et Dominus mihi pro eis benefecit, qui me ab iis liberavit et humi gladios eorum iecit; sicut autem cera[5]) a facie ignis fluit, dissipati[6]) sunt;

---

[1]) lege ܘܐܡܪܘ.

[2]) Ex. 14, 14.

[3]) Prov. 24, 12. 29. Job 34, 11.

[4]) I Sam. 24, 13. 16.

[5]) Ps. 68, 3 (2). Mich. 1, 4. [6]) lege ܐܬܒܕܪܘ.

et hoc iis satis sit[1]), quod Dominus contra eos pugnavit. Et vos igitur eis condonate, quoniam vestri fratres et filii Israëlis patris vestri sunt." Cui Simeon respondit: „Cur domina nostra bona pro inimicis suis loquitur? Non ita! Interficiamus et perdamus eos hoc gladio, quod illi priores fraudulenter in nos egerunt et in Israëlem patrem nostrum et in Josephum fratrem iam iterum atque in te, mea domina, quae hodie nobis imperat." Et Aseneth manu sublata eius barbam[2]) prehensit atque eum osculata et allocuta est: „Minime, frater noster, noli malum pro malo reddere, Domino cede ultione iniuriae nostrae; fratres enim nostri sunt et propinqui patris nostri et fugerunt et a conspectu vestro abscesserunt." Ac Levi ei propinquavit et manum eius dextram cepit et osculatus est, ut intellegeret hunc salutem fratrum suorum cupere. Hi autem in propinquo erant et in arundine saltus vallis[3]) abditi erant. Quod Levi scivit neque fratres de illis certiores fecit, verebatur enim, ne ira inflammati eos conficerent atque perderent.

Filius Pharaonis [p. 46] e terra se erexit et consedit; et sanguinem etiam ex ore suo evomuit, cum sanguis vulneris temporis in os eius descenderet. Ac Beniamin in eum adcurrit et gladium[4]) filii Pharaonis etraxit, quod Beniamin gladium non habebat, et eius pectus percussurus erat. Levi autem acceleravit et eius manum prehendit dixitque ei: „Ne id feceris, mi frater[5]), quia viri magis pii sumus, quam ut malum pro malo reddamus et dolorem percussi augeamus[6]) et sanguinem in terram effundamus

[1]) lege ܘܣܦܩܐ

[2]) II Sam. 20, 9.

[3]) lege ܕܢܚܠܐ

[4]) I Sam. 17, 50. 51.

[5]) Seiame super ܐܚܝ delendum est.

[6]) lege ܘܢܘܣܦ

atque ad mortem adversarium feriamus. Ac nunc gladium in vaginam redde et veni, me adiuva, et vulnus viri obligemus et sanemus et in vita conservemus; et propterea Pharao eius pater nos amabit tamquam pater noster.“ Erexitque Levi filium Pharaonis et sanguinem eius faciei abluit vulnusque eius obligavit. Et eum in equo eius posuit ac tulit adduxitque coram Pharaone eius patre et omnes illas res ei narravit. Ac Pharao a solio surrexit et ante Levi in terram se proiecit. Tertio autem die primogenitus Pharaonis vulnere Beniamin pueruli mortuus est, et Pharao de eo tristatus aegrotavit et annos centum septuaginta septem natus mortuus est et coronam Josepho reliquit, qui in Aegypto duodequinquaginta annos regnavit. Joseph coronam nepoti Pharaonis tradidit, qui cum Pharao moreretur, lactens erat; et Joseph sicut pater pueri in Aegypto omnes dies vitae suae fuerat.

Explicit fabula Josephi et Asenethae, uxoris Josephi, quae e sermone Graeco in sermonem Syriacum translata est.